

[Faint, mostly illegible Latin text in a medieval Gothic script, likely from a manuscript. The text is arranged in several columns and is significantly faded and obscured by a red ink stain across the top and middle of the page.]

...effect iper
...de nos
...ad hoc
...non
...not in li

...de hoc
...Spe. in
...de prob.
...ij. vers.
...z per
...in li

Ribai.

...recedere
...conue
...comis

[Faint, illegible text at the bottom of the page, possibly a marginal note or a separate section.]



U. q. 17. 8



Q. F. F. F. F.
SPECIMEN JURIDICUM

14

De
ERRORE,

FAVENTE DIVINI NUMINIS FAVENTIA
CELSISSIMIS, ATQVE ILLUSTRISSIMIS PRINCIPIBUS,
AC DOMINIS

DN. BERNHARDO SENIORE,
RECTORE ACADEMIÆ SALANÆ MAGNI-
FICENTISSIMO,

DN. FRIEDERICO SENIORE,
RECTORE DESIGNATO MAGNIFICEN-
TISSIMO,

DUCIBUS SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ AC MONTIUM &c.
AUTORITATE & CONSENSU

INCLYTI JCTORUM ORDINIS IN ILLUSTRIS-
S. NUTRICE SALANA,
PRÆSIDENTE
VIRO

NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, CONSULTISSIMO
ATQVE EXCELLENTISSIMO

DN. GEORG-ADAMO STAMMEN/
JCTO EMINENTISSIMO, ANTECESSORE HIC LO-
CI CELEBRATISSIMO, CONSILIARIO SAXONICO GRA-
VISSIMO, CURIÆ PROVINCIALIS, SCABINATUS ATQVE FACUL-
TATIS JURIDICÆ ADSESSORE SPECTATISSIMO,

DOMINO MEO, ATQVE PRÆCEPTORE SUMMO REVERENTIÆ AC HO-
NORIS CULTU ÆTATEM MACTANDO,
Publico Examini atque Censuræ expositum.

JOANNE B E D E R M A N N / VRATISLAV
Autore.

IN AUDITORIO JCTORUM

AD D. SEPT. MDCCCLIV.

JENÆ, PRÆLÒ NISIANÒ.

STECIMIN JURIDICUM

ERRATA

IN

OPUSCULO

DE

RESTITUTIONE

IN

REBUS

MOBILIARIIS

ET

IMMOBILIARIIS

PER

FRANCISCUM

DE

RESTITUTIONE

IN

REBUS

MOBILIARIIS

ET

IMMOBILIARIIS

PER

FRANCISCUM

DE

RESTITUTIONE

IN

REBUS

MOBILIARIIS



SIT DEVS PRINCIPIVM, MEDIVM
ATQVE TERMINVS. Imp. Just. N. 109. pr.

VTI FERT JUDICIUM AREOPAGITARVM,
αὐτὸς προημῖς & quæ sunt ἐξω τῆ προήμιας.

SEGMENTVM I.

Sicut in omni Disciplinarum genere, omni- que ζητημάτων ita & in augustissima nostra jurisprudentia animadvertendum cum Consulto in l. 13. §. 3. d. reb. dub. quid sit, de quo quæritur. Perdifficilis etenim omnis Disputatio, nisi id, de quo ea instituitur exactè sit præcognitum uti edocet *Philos. 8. Top. 3.* cum ex re imperfectâ nullus sit usus atque utilitas. *Imp. Leo. N. 103.* atque his demùm rectè & distinctè præcognitis ultrò se ingerat. *ἡ πρὸς ἐδὲ δεῖξαι.*

II. Ere itaque est l. 1. pr. d. reb. cred. ac necessarium nobis, plenius **ERRORES** consideraturis, eorundem Definitionem tam nominis quàm rei anteoccupare. Neque dissuadet hoc non insolens **J**ctorum mos, delectantur enim cum aliis disciplinarum **Mythagogis** etiam in investigatione vocabulorum. *Dn. Joh. Otto Tabor. Jctus atq. Antec. Argent. celeberr. in comm. ad t. C. d. Met. & Epid. c. 2. n. 1.*

III. Absolvitur illa triplici vocis enodatione, **Etymologia**, **Homonymiæ** & **Synonymiæ**. Non putamus autem hic quenquam nimis anxie in natales hujus vocabuli inquisitionem, ne nos forteân isidoreas ineptias citra ruborem prolixo mangonio prostituamus, cum vulgò hoc sit notissimum: nequicquam nobis aurem vellicante Consulto in l. 1. §. 1. ff. d. ventr. in sp. Proinde illud statim ab æquivocatione liberabimus.

IV. Ne verò hic nobis imponat **Errorum** facunda **Geni-Erroris** trix in **Erroris** materia, lineamque adversum nos deposcant **Edi-Homonymiæ** **Etymologia**.

sta Dialecticorum, atq; monitū Jcti, qui in *l. 26 d. V. S. ambigua*
 distinguenda monet, dupliciter vocē hanc accipi notamus. PRIMÒ
 errare denotat hinc inde circumvagari & cum difficultate ire, ac
 inde competit improprie pascuis apud Virgil. & Homer. in O-
 dyss. cit. à *Martiano in S. I. J. d. E. Aq. & L. Os. S. 4. d. leg. 3. Herbæ*,
 quæ fecunditatem suam non ad Bonitatem soli adstringit ubiq;
 crescenti, eapropter dictæ Erratica: Manui, quando alicujus ma-
 nus circa aures & tempora mirum in modum errant. Fluvio,
 quando illius cursum notaturi, errare illum dicimus. SECUNDÒ
 errare dicitur in actionibus ab intellectu & voluntate dependen-
 tibus: quo sensu est notitia perversa objecti, quod præsentatur
 intellectui, & per hanc decipitur, conciliata per vilum, opi-
 nionem ac famam *c. quamvis n. dist. 38. Sic eleganter Phil. l. 2. Eudem. c. 10.* Aut ratiocinando aut sensu omnis error committitur.
Conf. Magnificus Prænobilissimus atque Amplissimus Dn. Georgius Franzke Jctus summus, Cancellarius in Illustriss. Aula Saxo-Gothana eminentissimus, & c. Dominus atq; Mæcenas Opt. Max. Ex. n. q. 8. n. 1. Renneman. p. 1. J. R. G. de princ. Jur. Disp. 20. n. 26. Mil- lig. Don. enuch. 1. comm. ult. B.

Definitio.

Synonymia.

V. Cluit vulgò nomine ignorantia vel nescientia Error. Distinctas autem esse voces accuratè loquendo demonstrat *Nobil. Dn. Hahn. Antecess. Helmst. in obs. theor. pract. ad Wes. panit. t. d. 7. & F. Ign. n. 1. p. 115. Cujac. 14. obs. 3. inf.* Sciendum autem est, ignorantiam distingui in ignorantiam pravæ dispositionis & puræ privationis, uti ex *Angelico Doctore I. 2. q. 76. art. 2. inducit Horn. 3. Phil. mor. 4. num. 12.* illa nomine erroris venit, hæc verò non, quia nulla hic intellectus intervenit iudicium, & simpliciter quid ignoratur. *Conf. Rennem. d. 1. n. 26.*

Differentia error. & ignor.

VI. Omnia verò in totum quæ animi destinatione agenda veniunt nõ nisi verà & certâ scientiâ perfici possunt. *l. 26. d. R. J.* ideoque in genere si illa negotia errore aliquo suscipiantur, sunt irrita & nullius momenti, cum veritas rerum erroribus gestarum, non vitietur *l. 6. §. 1. d. Off. Pr.* neque videantur errantes consentire *l. 106. in f. d. R. J. l. 9. C. d. J. & F. J. arg. l. 2. ff. d. Jud. prælaud. Magn. Dn. Franzk. exasciato atq; amussivato Comm. in π. t. d. contr. Emt. n. 36. Ludov. Post. dec. Rot. Rom. 42. n. 4. ann. tract.*

emē. noviss. de Subbas. Aug. Barbof. Ax. Jur. 82. n. 1. & 2. cum
tamen consensus in omnibus requiratur negotiis *d. l. 76. Errori-*
que planè contrarius *l. 15. Jdēt. & errantis nulla voluntas. l. 8.*
C. d. J. & F. J. cum deficiat in errante scientia quæ ad actum re-
quiritur. Ubicumque autem non est sufficiens rei cognitio atque
scientia, ibi consensus nequit adesse. *Eichel. Comm. in R. J. c. 9. n.*
23. non potest ergò non invito comparari. l. 3. §. 1. d. Procur. Hinc
rectissimè *Phil. 3. Etb. 1.* distinguit inter invitum per violentiam,
δικαιοσιν βλασιν, ac invitum per ignorantiam.

VII. Et distinguit illam ab ipsis rebus circa quas agens *Diviso: &*
occupatur: quod alia sit *τῆ κατ' ὄλε* rei universæ s. universalis, cū *quidem*
quis ea, quæ recta, quæ virtuti consentanea, quæ turpia, quæ pra- *Arist.*
va, quæ justa in genere ignorat. Michaël de Luna & Arellano *l. 2.*
d. ut. imp. c. 7. n. 13. alia *κατ' ἐκαστι*, quæ in rebus singulis verfa-
tur earumque circumstantiis, quas Octo enumerat *Phil. d. l.* eas-
que pertractat *d. Mich. d. Lun. & Ar. d. c. 7. per tot. Conf. Mag.*
add. l. 3. Etb. 1. Horn. 3. Phil. mor. 4. n. 15.

IX. Secuti Philosophum Jcti nostri distinguentes ERRO- *Jctorum.*
REM IN JURIS ET FACTI. Si enim in causis propter quas Jus alicui
tribuitur, versetur, etsi Jus ipsum sit cognitum, producit Errorem
facti: si in Jure ipso constat, etsi facta sint nota, Errorem Juris.
Magn. Dn. Franzk. d. Ex. n. 9. 8. n. 2. & Comm. ad ff. t. d. cond.
ind. n. 19. seqq. Conf. Wefenb. in par. ad t. d. J. & F. I. n. 4. pr. Clud.
in comm. ad t. d. cond. ind. c. 1. n. 13.

IX. Errorem Juris aliam pono Naturalis, aliam Positivi. *Error Ju-*
Ille indistinctè non meretur excusationem, si modò communis *ris natu-*
sima ejus spectes præcepta. Qui enim circa illud errorem com- *ralis.*
mittit, errat in illo, quod omnes homines ex communi homi-
num naturâ sciunt, aut scire omninò debent: *arg. pr. J. d. J. N.*
G. & C. l. 1. §. 3. d. J. & J. l. 38. §. 1. ad L. Jul. d. Adult. Prænobiliß.
atq; Amplissimus Dn. D. Struve Jctus ac Antec. famigeratissimus,
Dominus Præses honoratissimus atq; Præceptor sanctè colendus disp.
d. Damn. th. 57. pr. & in Præleç. publ. ad L. 1. §. 4. d. J. & J. Add.
Mich. d. L. & Ar. d. l. Hugo de Roy de eo quod just. lib. 1. t. 6. num. 2.
Si verò spectes præcepta particularia quæ nota sunt per se, vel fa-
cilissimè ex iis colliguntur, Error non potest esse absque culpâ, at-

ramen aliqui excusant: multo magis circa ea quæ majori indigent
discursu, & præsertim in plebe. *juxta c. objiciuntur l. q. 4. Suarez.
d. LL. l. 2. c. 8. n. 7. & l. 5. c. 8. n. 6. Conf. d. Hugo de Roy. l. 1. r. 3. n.
9. Grot. in admirando opere d. J. B. & P. L. 1. c. 1. n. 10. Selden. d. J.
N. G. & C. secundum disc. Ebr. l. 1. c. 7. Sic Furtum Lege naturali
prohibitum §. 1. J. d. Obl. q. qu. ex del. l. 42. d. V. S. Grot. all. loc.
n. 5. Mich. de L. & Ar. libr. sing. lect. c. 5. §. 4. n. 6. neque obstat
quod apud Lacedæmonios Furta, sicut & Adulteria fuere licita, ut
& Ægyptios: uti ex Gell. l. 11. c. 18. attestatur Magn. atq; Nobiliss-
mus Dn. Erasmus Ungepaur Jctus clarissimus, Decret. Antecess. ce-
leberrimus, Consil. Saxon. atque inclut. Facult. Jurid. Ordinarius
gravissimus, Dn. Patrouus atq; Præceptor devotè colendus. Ex. Inst.
13. quæst. 1. in Neg. jam enim ignorare non potuerunt foeda illa &
turpia fuisse, ut non aliqua ratio remanserit: vel si reliqua nulla
erat, sua culpa & amore peccandi ipsi eam extinxere, quod fieri
posse Philosophus testatur 6. Eth. 5. Horn. d. l. n. 17.*

*Error Ju-
ris huma-
ni.*

Nocet.

X. Nec etiam Error circa jus humanum s. positivum,
prodest l. 9. in pr. §. 5. vers. quod si ff. d. J. & F. J. & excu-
sat. l. 1. §. 4. de his qui not. infam. Aug. Barb. ax. jur. 82. n. 5. nisi
error sit sufficienter probabilis Suar. d. l. n. 8. vel si erretur in ar-
ticulo juris dubio & perplexo Barb. d. l. ibiq; alleg. n. 6. ratio ha-
betur manifesta in l. 2. ff. d. J. & F. J. Leges enim sacratis-
simæ quæ constringunt hominum vitas intelligi ab omnibus de-
bent l. 9. C. de LL. nec permittitur, quenquam Constitutiones
Principum vel ignorare vel dissimulare l. 12. C. de jur. & fact. ign.
neque iniquum teneri eum, etsi ignoravit ea, quæ Ædiles ju-
bent præstari l. 1. §. 2. ff. de edil. ed. cum hæc sit ignorantia
vincibilis, & pro scientia habeatur arg. l. 9. §. 5. vers. quod si
idede de J. & F. J. Non verò requiritur talis scientia, quæ Jurispru-
dentibus est l. 10. ff. de bon. poss. l. 2. §. ult. quis ordo in bon. possess.
sed communis, quæ in Legibus continetur, intelligentia exigitur.
Goth. ad l. 9. §. 3. de J. & F. J. lit. P. & quod omnes homines il-
lius Reip. subditi scire facile possunt & debent. Nobiliss. Dn. Præf.
d. disput. d. l. Juris igitur error vanus ad exemplum vani timoris
cujus nulla excusatio. Unde non solum tales comparantur stul-
tis d. l. 9. §. 3. ff. de J. & F. J. verum etiam in latam incurrun-
cul-

culpam l. 223. de V. S. Nobiliff. Dn. Præf. all. l. secus verò se habet *Non nocet*
in imperitis, quibus peritiores consulendi copia denegatur. d. l.
9. §3. Nob. Dn. Præf. d. l. Ita certis casibus error juris, seminis non
nocet d. l. 9. pr. l. fin. C. eod. ut & militibus l. 9. C. d. t. l. ult. pr. C.
de J. D. rusticis, nisi illis otium sit peritiores consulendi l. 2. §. ult.
quis ordo in bon. Conf. 5. misc. 22. n. 1. & si non in lucro quarendo
vel compendio quis verferetur per expr. text. in l. 7. de J. & F. J.
cum in damnis amittendæ rei suæ non noceat l. 8. d. t.

XI. Facti error versatur vel circa factum proprium l. 7. ad Error Fa-
cti. bell. vel circa alienum l. fin. in fin. ff. pro suo l. 3. de J. & F. J. Prio-
ri casu non est tolerabilis: certus enim esse debet falsum se non
facere l. 46. de A. H. præsumitur enim in facto proprio quis scire
veritatem, certusque esse se id fecisse vel non fecisse Bl. & ex eo In facto
Gotb. in not. ad d. l. tum quod actio proprii facti sit spontanea proprio.
ejusque principium intrinsecum in ipso agente. Nob. Dn. Hahn
ad Wes. de J. & F. J. n. 3. tum quod hæc ignorantia non sit hominis
errantis, sed planè stulti ac deperditi & nimium securi. l. 3. de J. &
F. J. Hinc audit ignorantia supina l. 6. eod. dissoluta negligentia
l. 29. pr. mand. nimia securitas d. l. 6. Mitius autem & hinc agitur
cum tali propter humanæ memoriæ imbecillitatem (1.) si certet
de vitando damno, non de captando lucro Barb. ax. jur. 82. n. 4.
(2.) si de gesto aliquo antiquo mota fuerit quæstio, quod cum li-
mitatione admittit Dn. Hahn ad d. tit. n. 3. (3.) si agatur de intri-
cato negotio, & quidem (4.) longa varietate constante. add.
D. Hahn. d. l. Conf. Renn. d. l. n. 29.

XII. Posteriori casu seu in facto alieno licitus est Error Facto &
d. l. fin. ff. pro suo l. 3. pr. de J. & F. J. nec nocet tam in commodis lieno.
captandis & adipiscendis quàm damnis avertendis l. 8. in pr. l.
pen. pr. d. tit. l. 7. C. eod. cum facta sint incerta l. 2. d. t. & diffici-
limè imò planè non cognosci possint Eichel. Com. ad Reg. jur. c.
9. n. 24. quorum interpretationes plerumque etiam prudentissim-
os fallant d. l. 2. nec soleant de facti quæstione respondere,
Consulti l. 32. in fin. pr. de usur. imò ab officio eorum prorsus a-
liena talis responsio, quippe cum omnis illorum cura in statu fi-
nitivo seu judiciali posita sit non conjecturali. Magnif. Dn.
Franzk. ad tit. de O. I. n. 52. & 53. & in rebus alienis neminem ita
curiosum esse deceat.

XIII.

XIII. Ne autem *eiusmodi* progrediamur, pervagantur per plurimas juris nostri clausulas (uti materias juris vocat *Ulp. in l. 1. pr. de susp. tut.*) & articulos, sicuti appellatur in *l. un. §. 1. C. de R. U. A. l. ult. circ. fin. C. ad Sm. Maced. l. fin. §. fin. C. de J. D.* atque in illis errores monstraturi, ut rem ab ovo accersamus dividimus jus nostrum in Jus COGNOSCENDUM ET Jus PERSEQUENDUM cum Nob. Dn. Præs. *exerc. ad pand. 1. th. 45.*

XIV. JURIS COGNOSCENDI RATIO concernit aut personas, quatenus scilicet hæ in certa conditione civili constitutæ, aut res & quælibet civium bona *l. 1. de st. hom.* Videbimus itaque prius Errorem circa personas in conditione illâ subsistentes, deinde ad res, quæ se latissimè per jus nostrum diffundunt, maturatò transitum faciemus.

Error in Jure Personarum. XV. Personæ jam non sunt unius generis, sed status eorum triplex qui consistit in conditione aliqua politicâ *Nob. Dn. Præs. ex. ad π. 3. thes. 7.* illa autem vel est absoluta ut libertas, vel relata ut familia & civitas.

in Libertate. XVI. Non nocet igitur libertati si ab ingenuis Genitoribus quis sit procreatus verba sunt *l. 3. in pr. C. de infant. expos.* & ex errore serviverit, ac libertatem quàm cum primâ hausit aura ac cum sole aspexit per servitutem erroneam amiserit. *§. 1. I. de ingen.* nec macula imbuitur servitutis ac servili necessitati subjugatur *d. l. 3.* cum servitutis obsequium ancillam non faciat *l. 2. C. de ingen. man.* & diffamari statum ingenuorum, seu errore seu malignitate quorundam periniquum sit *l. 5. pr. C. eod. add. l. seq. 6. d. tit.*

XVII. RELATA CONDITIO, quæ respicit familiam, personas distinguit in alieni vel sui juris. Illos vel in subiectos potestati Dominorum, vel potestati Parentum, vel potestati Maritorum.

In manumissione. XVIII. Potestas Dominorum non solum constituitur, verùm etiam dissolvitur quod fit per manumissionem. Non nocet autem manumissio facti ex errore facta & si quis usque ad manumissionis beneficium habeatur pro servo *§. 1. I. de ingen.* nec libertinæ conditionis macula, & onere aspergitur vel eorundem progeniei accensetur *l. 3. C. de inf. expos. l. 2. C. de ing. man. cum natalium eum tueatur veritas l. 7. C. eod.*

XIX.

XIX. Porro si Dominus servum manumittens existimet alienum, nihilominus voluntate Domini erit manumissus, & per consequens liber *l. 4. §. 1. de man. vind.* Idem statuendum de manumittendo, putante se non esse in familiâ manumittentis. Rationem assignat *Consultus in d. l. 4. §. 1.* quod plus sit in veritate quàm in opinione. Idemque juris, si ambo eundem erraverint errorum.

XX. Potestatem Patriam veram constituunt Liberi, quos consequimur per matrimonium, à quo etiam potestas proficiscitur maritalis.

XXI. Pagnat autem præprimis in matrimonio Error, cum *In matrimo-* consensus sit causa efficiens nuptiarum *l. 30. de R. J. Dñ. Hahn. monii* in not. ad *Wes. rit. de rit. nupt. n. 3. p. 139. Grot. de J. B. & P. l. 2. v. §. n. 8. pr.* & absque consensu non subsistat *c. un. XXIX. q. 1. c. 1. §. 4. XXVII. q. 2. c. 5. eod.* Errans autem non consentiat.

XXII. Dividimus Errorem in *Sub-*stantialem & accidentalem. Ad quam *di-* *Sub-* *stantialem* referimus *Pon-* *tificis* *divisionem* *in d. c. un.* Est verò in substantia Error, quan- *rialibus* do erratur in personâ, qui matrimonium omninò reddit nul- *sub-* *stantialem* lum *d. cap. un.* impedit contrahenda, dirimit contracta matrimo- *sub-* *stantialem* nia, vid. Dn. D. Hahn *d. l. n. 8. p. 160. pr.* idque non solum de Jure Humano sed & Naturæ, uti hoc probat Bonacina *tr. de magn. matr. sacr. q. 3. p. 2. n. 2.* Quod si verò error sit in solo nomine, nihil obstat matrimonio, quia actio ista est volita quoad individu- um, involita tantum per errorem hominis. Cypræus *de spon- sal. part. 2. c. 13. §. 22.* Add. Bon. *d. l. n. 4. in fin.* Mich. d. Lun. & Ar. *l. 2. d. int. imp. c. 7. n. 32.*

XXIII. Pertinet etiam ad substantiam matrimonii Error circa frigiditatem & impotentiam generandi seu naturalem consuetudinis imbecillitatem *N. Leon. 112. circa med.* quia deest hic qualitas essentialis Conjugii: idque tam de Jure Ecclesiastico quàm Naturæ Bonac. *d. l. q. 3. p. 13. n. 12. pr.* & Civili *l. 16. C. de re- pud.* per occasionem necessariam & non irrationabilem *N. 22. c. 6. pr.* cum impotentes minimè aptos ad contrahenda matrimo- nia reputet Pontifex *c. quod sedem de frig. & malef.* secus si con- traxerit quis cum tali scienter, tunc enim habeat ut sororem, si

B

non

non ut uxorem c. consultationi eod. c. ult. eod. c. 13. XXXII. q. 8. Bonac. d. l. n. 20. Secus etiam si impotentia sit temporalis & superveniens. Idem ibid.

XXIV. Si pro sanâ ducatur morbosa, quæ medicâ ope nequit corrigi, dissolutionem concedit Beust. c. 10. d. sponsal. quod cum limitatione admittitur à Dn. D. Hahn. all. loc. Quid enim tam humanum est, quam fortuitis casibus mulieris maritum, vel uxorem viri, participem esse? l. 22. §. 7. ff. sol. matr. ut potè quæ sociâ rei humanæ atque divinæ domûs suscipitur l. 4. C. d. crim. exp. her. add. l. 1. ff. d. act. rer. am. c. 18. XXXII. q. 6. Si verò talis sit morbus sine quo nequit subsistere matrim. error circa illum omninò vitiet matrim. Hinc si Mulier tam arcta reperiatur, quæ Mulier fieri non potest, uti ait JCrus in l. 14. §. 7. d. ad. Ed. separanda à Marito, si vitium operâ medicorum nullâ potest curari, atque ad maritales congressus habilis effici: uti expressè deciditur in c. 3. & c. 6. d. frig. & mal. Add. c. 16. XXVII. q. 2. Bonac. d. q. 3. punct. 13. n. 13. f.

Acciden-
talius.

XXV. Error circa Matrimonii accidentalia extrinseca, quæ salvâ Matrimonii essentiâ possunt abesse, illud non vitiat: quia Matrimonium cum hujusmodi errore celebratum, est simpliciter voluntarium quoad naturam & rei substantiam, quamvis quoad accidentia non sit voluntariam, ut v. g. est error fortunæ s. bonorum, pulchritudinis, modestiæ vel probitatis. Sibi ipsi igitur imputet quis, ac luat pœnas imprudentiæ suæ, qui contraxit cum tali cujus conditione exactius debuit pensare, & explorare arg. l. 19. in pr. de R. J. Taceo cõpactò, quod etiâ absq; dote omninò matrimonia contrahantur & absque his adjunctis rectè consistant l. fin. C. de don. ant. nupt. cum adfectu matrimonia contrahantur non dotibus l. ii. pr. C. de repud. Limitatur hoc à Cypr. d. l. §. 18. nisi dolus ab altera supervenerit parte: v. c. si parentes puellæ illam dixerint benè dotatam, atque ita juvenis per fraudem ac mendacium ad contrahendum inductus, quam non duxisset, si certior de pauperie fuisset. Dolum itaque, qui bonæ fidei contractus dirimit, hinc intercedentem, idem debere in matrimonio operari. Rectè tamen hoc refutat Suth. diff. 2. aph. 33. cujus sententiam confirmat & amplectitur Dn. Hahn. d. l.

Non

Non enim est eadem ratio matrimonii & aliorum contractuum, qui sunt ipso facto irriti ex dispositione juris. Bonac. d. loc. n. 6. Secus tamē si ipsa qualitas circa quam erratur fuerit appositae per modum conditionis, tunc ejus defectu contractus est invalidus, quia ille vim suam habet à voluntate contrahentium. Secus etiam si error qualitatis transeat in errorem personarum. Quando verò hoc contingat tractat exemplis. Id. ibid. n. 7. & 8.

XXVI. Quær. Quod si imminuta & præsionata ducatur pro In deflo-
virgine, an Error obsit matrimonio? Resp. Ipso jure non est *irritus*.
nullum ob rationem, quam assignat Such. d. diff. apb. 53. & Dn.
Hahn. d. l. p. 161. ex post facto verò ad instantiam mariti officio
Judicis omninò rescinditur. Quomodo enim vera possunt esse
sponsalia, in quibus nihil verum, nihil genuinū conspicitur, ubi
meretricium se offert scelus, ubi causæ sunt dissidiorū & odii &c.
uti pòderosà voce loquitur Imp. Leo N. 93. ubi nova nupta, secura
& intrepida, pudore dispoliato, flammeo absoleto, virgo rursus
post recens repudiū, nomē potiùs afferēs puellæ quàm integritatem
(verba sunt Apul. in Apol. p. m. 392.) & ita interfectæ virginitatis,
bellè iterum dicente Ap. l. 5. Met. pag. m. 156. sponsalem
sponsaliorum tempore præ se ferre vult castimoniam, furtivis
complexibus ab alio gravidata d. N. 93. improba juvenum circum-
spectatrix, immodica sui ostentatrix, juvenem simplicem de
vià deflectens. Apul. p. m. 393. Solvendum itaque matr. partique
infanti liberam judicium nostrum Ecclesiastica concedunt facultatem,
quid quid in contrarium moliantur Pontifices in sepius all. c.
an. XXIX. q. 1. in f. & d. c. 25. vers. ita si quis, quorum defensionem
egregiè suscipit Wesenb. in par. d. R. N. n. 8. Först. Disput.
Inst. 3. tb. 33. Nostram sententiam præterea confirmat facer Codex
Deut. 22. 21. Conf. hic Magn. Dn. D. Ungepaür Ex Inst. 3. q. 9.
in A 70. Contrahens enim cum virgine non nisi in virginem
consensit, castitatisque conditionem tacitè subintellexit. Nobiliss.
Dn. D. Fiebig Antecessor hujus loci atque Jctus quondam nominatissimus
Coll. publ. ad Exerc. Magn. Dn. Franzk. disput. 2. q. 4. semid. Et quanquam
nonnulli rectiùs facturum censeant, secuti Cann. qui venià datà & injurià
abolitâ & S. d. d. d. g. n. y. talem retineat, dubium tamen id nec abs re
videretur Cypr. d. l. 8. 41.

cum citra gravem nominis ac honoris imminutionem ac opi-
nionis praegravationem nequeat retineri. Non enim omnes sunt
Pamphili Terentiani, qui factam puellae injuriam contegunt, ut
ejus adversa testā tacitaque apud omnes sunt, uti loquitur *Com.
in Heec. d. 3. Sc. 3.* neque etiam omnes credunt quod injungit
*Clem. Pont. in c. inter opera charit. 20. d. spons. Quis enim juvenis
est, qui non castam velit habere uxorem c. 2. XXXII. q. 6.* Immo
potius pudicitiam atque castitatem semper colendam censet.
Imp. Just. in *l. 5. C. ad SC. Orf. N. 14. §. 1. in pr. N. 12. c. 1.* Hæc e-
nim sola, Deo potest cum fiducia, hominum animas præsentare
d. N. 14. §. 1. pr. cujus etiam amatorem se proficitur in *N. 74. c. 4.
in pr.* cum virginitas atque castitas corrupta restitui non possit.
h. i. in pr. C. de nupt. virg. ne quidem à Deo ipso uti auden-
ter loquitur *Hieron. in c. si Paulus II. XXXII. q. 5.* Hinc mulieres
præsertim, castè vivere vult & orat *d. N. 14. circ. fin.* cum castita-
tis observatio eorundem sit præcipuum debitum *d. l. 5. C. ad SC.
Orf.*
XXVII. Secus se habet, si quis scienter devirginatam du-
xerit, vel vitio cognito, nihilominus cum eâ egerit. Serò e-
nim accusat mores mulieris, quos talem ducendo approbavit.
l. 13. §. ult. ff. ad L. Jul. de adult. l. 47. sol. matr. Secus etiam est,
ubi versamur in casu dubio da die That noch nicht befandt und
ermiesen/ an puella adhuc privilegio virginitatis munita sit *c. ult.
de probat.* an non, verùm saltem suspensiones aliquales interve-
nere. Potest enim quis juvenili facilitate ductus vel etiam fervore
ætatæ accensus facile ad accusationem proflire uti eleganter
habetur in *l. 15. §. 6. ad L. Jul. de adult.* volens ita benè concordatum
matrimonium dirimere *l. 11. §. 11. eod.* benè verò concordantia
& quiescentia matrimonia turbari vetas *l. 26. d. tit. l. 1. §. ult.
de lib. exhib.* cum in difficili ac penè impossibili sit probatione
an aliqua virgo sit *annotante magno Gallia J. Ceo Cujac. 17. observ.
271. in fin.*
XXIII. Idem ne obtinebit in marito, si uxor postea com-
pererit, illum antea libidine in temperatæ cupiditatis exarsisse
uti dicitur in *l. 25. pr. C. de adult.* Negat. amplector. Major
enim & arctior in feminis requiritur castitas quam in masculis.

arg. l. 1. § 5. de postul. d. l. 5. gl. in l. 43. ff. de rit. nupt. Rationem
ex Bonavent. l. 4. sent. dist. 35. adducit Magn. Dn. Ungep. d. l. p. 157.
in fin. Hinc virginus castitatem filiae suae, vita quoque ejus pra-
tulit, ideoque arrepto cultro de taberna Latiois, ut morte vir-
ginis contumeliam stupri arceret filiam interfecit propriam l. 2.
§ 25. de O. 7. Subest nimirum in marito alia ratio, quod nimirum
eo invito atque ignoranti suus agnosceretur heres contra §. 8. 7
de adopt. & cogeret eos, qui sui non sunt pro suis agnoscere in
ipsum talamum suppositos sicut corruca cuculi ova; quod in fe-
mina non obtinet.

XXIX. Quid si vidua se gesserit pro virgine standumne *In vidua.*
matrimonio? Et quanquam hoc rarerer admodum contingere
soleat, & sit *ἐν τῷ γαμβρῷ* non *ἐν τῷ πατρὶ*, si verò talis contin-
gat casus distinguimus cum pralaudato Dn. D. Fiebigio *all. loc.*
utrum conditio illa sponsae ante nuptias; an verò post nuptias,
consecuta jam copula carnali, fuerit comperta. Priori casu nihil
obstare, cur non ob dolum, eo ipso, dum sese pro virgine gessit,
fertis floribusq; virginibus in publicum prodiit, commissum,
vidua possit recusari. Posteriori verò casu æquius esse ut retinea-
tur illa in matrim. quia castitas adhuc penes eam resideat, & jam
ipsius sponsi corporis pars fuerit effecta.

XXX. Idem affirmamus de vi stuprata, etsi pro virgine se *In vi stu-*
duci patiat. Dn. D. Fiebig. *d. l.* nullus enim hic intervenit do- *prata.*
lus, cum adhuc talis virgo sit cujus in violata existimatio ac irre-
prehensa voluntas l. 20. C. de adult. licet injuriam suam confe-
ctim renunciare prohibuit l. 39. pr. ff. de adult. potissimum enim
& principale requisitum virginitatis ac nota, castitas adhuc illæ-
sa penes eam remanet. Non potest enim corpus corrumpi nisi
prius animus fuerit corruptus c. 2. § 8. XXXII. q. 5. nec ipsi cor-
pori aufert sanctitatem violentia libidinis alienæ, quam servat
perseverantia continentiae suae c. 4. eod. add. c. 6. § 9. eod. Johan.
de Dicast. de 7. § 7. lib. 1. disp. 3. dub. 17. n. 273. unde ornamenta
virginum illis non denegantur, si verò talis simul fuerit impræ-
gnata distinctio Dn. D. Fiebigii *all. loc.* locum habere potest.

XXXI. Si quis etiam dicenti se esse virginem, nuptias pro-
miserit, ut eâ potiatur, postea deprehendat eam se dolose pro-
virgi-



virgine subjecisse non tenetur stare promissis. *Dicast. l. 2. tit. 8. disp. 7. dub. 10. n. 142.*

*In Adop-
tione.*

XXXII. Potestatem Patriam fictam constituit Adoptio. Debet autem & hinc intervenire consensus, nequit enim dissentiens adoptare *l. 24. de adopt. & sufficit tacitus & presumtus l. 5. in fin eod. Excipitur infans l. 32. d. tit. cujus consensum alius supplet.*

*In origine
Civit.*

XXXIII. Ad Relatam Conditionem quæ respicit civitatem certam commodè refertur, quod qui per errorem v. c. origine se Gallum profitetur cum sit Germanus originem veram non amittat. Errore enim veritas originis non amittitur, nec mendacio dicentis se esse unde non sit deponitur, neque reculando quis patriam ex qua oriundus est, veritatem potest mutare *l. 6. ff. ad munic. add. l. 17. §. 10. eod.*

*Error in
JURE
IN RE.*

XXXIV. Diximus de Errore circa Jus Personarum. SECUNDUM JURIS COGNOSCENDI MEMBRUM constituunt JURA RE- RUM. Jus Rerum duplex audit, vel Jus IN RE, vel AD REM.

*In Tradi-
tione.*

XXXV. Prima Juris in re species est DOMINIUM, quod acquiritur potissimum I. TRADITIONE, quæ est, cum Dominus rem suam, ex justa causa, alii eam accipienti & dominium ejusdem volenti acquirere, hoc animo concedit, ut in ipsum rei illius transferat dominium. *l. 20. de A. R. D. etiam cum omni causa. l. 67. ff. de act. emt. Ratio est in §. 41. J. de R. D. l. 9. §. 3. de A. R. D.*

XXXVI. Si itaque rem suam Dominus pro aliena ex errore tradat, tunc quia animum transferendi non habet non recedit ab eo dominium, cum nemo errans rem suam amittat *l. 35. eod. add. l. 3. §. 8. de cond. caus. dat.* Et procedit hoc si scilicet in ipsâ re traditâ seu rei dominio erretur, secus si in rebus aliis. v. c. In causa debendi solvens indebitum transfert dominium *l. 53. de cond. ind.* quia non errat in ipsa rei alienatione: & etsi non consentiat in eam causam debendi, consentit atquin in translationem rei: scit enim pecuniam quam solvere constituit fieri accipientis. Quod si contingat, ut rem alienam pro suâ ex errore tradat dominus, non efficit per tradit. rem accipientis, quia ipse dominus ejusdem non fuit: non potuit enim ad alium aliquid transferre quod ipse non habuit. *l. 54. d. R. J.*

XXXVII.

XXXVII. Necessarium porrò est ut uterque consentiat
 in corpus rei transferendæ *l. 34. pr. de A. P.* aliàs perduci ad effe-
 ctum id quò inchoatur non potest *l. 55. de O. & A.* quod si verò in
 nomine rei erratum sit, nihil impedit quò minus transeat Domi-
 nium & efficax sit traditio *d. l. 34. l. 5. §. 4. de R. V.* Idem si in
 causa translationis erretur *l. 36. de A. R. D.* cui solidissimè ob-
 stat *l. 18. de R. C.* de quorum textuum conciliatione Dd. despera-
 runt, ac unanimes hic Interpp. fessitant & obviant querelæ. Que-
 rentes inducit *Paul. de Cast. & Nicol. à Salis in suis scilimentis*
juris p. 36. Mich. de Luna & Arell. *l. 2. de ration. imp. c. 7. n. 27. &*
28. quam évailio *Pevelav* dictorum textuum ipse ita conciliat:
 Quod nemo qui donat, sine consensu donet, at verò qui recipit,
 si acceptione illà non obligatur, nullo indigeat consensu positi-
 vo recipiendi; quia illius in quem transfertur, non actio activa
 consensus, sed passiva tantum desideretur, nimirum non nolle,
 quod sufficiat ad consensum passivum. Nunc si in *d. l. 36.* res trada-
 tur ex causâ præcedenti *pr. d. l. 36. l. ex causâ quæ tum geritur,*
 cum res traditur *vers. nam etsi.* Si ea causâ ex parte dantis
 sufficiens sit ad transferendum Dominium, & ad id nullus consen-
 sus activus recipientis jure desideretur, nihil obsit hujus dissensus,
 quia ut docent Philosophi, actus mensuratur ex ratione agentis,
 non ex ratione patientis. In specie vero *l. 1.* quia non dono de-
 præsentis, sed trado, ut in futurum cum voluerim donaturus, nul-
 la est voluntas transferendi nunc Dominum rei traditæ, quia
 non est donata: remanet ergò nuda traditio, quâ solâ sine causâ
 Dominum non transfertur. Quod etsi magnam admodum re-
 dolere videatur subtilitatem magis tamen arridet illa textuum
 conciliatio, LL. nostris apprimè conformis quâ præbet Magn. Dn.
 Franzk. *ad t. d. contr. Emt. n. 30.* & Nobilissimus atque Amplis-
 simus Dn. Johannes Strauch, Phil. & J. U. D. *Antecessor Pandect.*
Celebratissimus & c. Dn. Præceptor atq. Patronus omni honoris cultu
colendus in præl. publ. ad d. L. 18. Conf. lib. βασιλικῶν lib. 13. t. 1.
l. 18. p. 225. & in Schol. ad d. l. 18. lit. P.

XXX. 2. A C C E S S I O N E per quam alterius res sit nostra, eò *In Acces-*
 quod propter prævalentiam res nostra accedentem alienam *tionibus.*

ad

ad se trahat *l. 23. §. 4. d. R. V.* Ea autem vel est naturalis tantum, vel industrialis s. artificialis tantum, vel mixta.

In Inedificatio.

XXXIX. Ad Accessionem industrialem pertinet *l. IN EDIFICATIO*: Si quis igitur in suo solo ex materia aliena edificaverit, is totius aedificii intelligitur Dn. quia omne quod solo inaedificatum est solo cedit *§. 30. f. d. A. R. D. l. 7. §. 10. ff. eod. l. 5. C. d. ad. priv.* idque naturalis luadet & civilis ratio *l. ult. ff. d. superf. cum aedificium sine solo consistere non possit. l. 23. §. 3. inf. d. R. V. add. l. 50. ad L. Aq. l. 98. §. ult. vers. non est his ff. d. solur. & adjunctum cedat subjecto, secundum proletarium Logicorum Brocardicū. Cum v. hoc esset maxime iniquū, ut Dominus materiae re & pretio carere debeat, *arg. l. 206. d. R. 7.* certa concessa fuere remedia, quibus pro indemnitate sua ipsi foret consultum. Dist. autem, vel bona, vel mala fide junxit tignum, ignorante tigni Domino. Utroque casu vel stat, vel dirutum aedificium. Si quis b. f. junxit tignum stantibus aedificiis, contra eum datur vel actio in factum, de consequenda tigni aestimatio. *arg. l. 23. §. 5. d. R. V.* si scil. Dn. tigni humanius cum eo velit agere: vel etiam actio de tigno juncto in duplum. *d. §. 30. f. d. R. D. l. 1. d. tign. junct. l. 23. §. pen. d. R. V.* secus si restituat B. F. aedificator tignum *l. 2. §. 17. de quid. in loc. publ.* si dirutum fuit aedificium competit Dn. materiae R. V. & ad Exh. actio *d. §. 30. inf.* non obstante praescriptione, *l. 7. §. 11. d. A. R. D. l. 23. §. ult. d. R. V. l. 23. d. usuc.* Mala fide tignum jungens, tenetur ad duplum *l. 2. d. tign. junct.* & ad exhib. nec parci oportet ei qui sciens alienam rem aedificio inclusit *l. 1. §. ult. d. tign. junct.* versatur enim in dolo malo *d. l. 1.**

XL. Si quis in solo alieno ex sua materia aedificet, s. ex errore, s. ex scientia, amittit materiae suae Dominium, quia voluntate ejus intelligitur esse alienata *§. 31. f. d. R. D. l. 7. §. 12. d. A. R. D. per rat. l. 2. inf. C. d. Servit.* hac tamen addita discrepantia quod ex errore s. b. f. aedificans tanquam in suo, consequatur a Domino materiae ejus pretium & mercedem artificum *d. §. 31. d. l. 7. §. 12.* Scienter s. m. f. aedificans, amittat proprietatem materiae, adeo ut ne diruto quidem aedificio eam possit vindicare. Culpa enim ei potest obijci quod temere aedificaverit in eo solo, quod alienum esse sciebat *dd. l. xxx.* censetur itaque donasse materiam Dn.

domino soli. *l. 14. ff. d. Donat.* de se enim queri debet quod sciens in alienam rem impenderit *l. 38. d. pet. Her.* Benignius tamen agitur cum eo *d. l. 38.* cum hæc naturalis ratio expositulet *l. 36. §. ult. eod.* ex æquitate, ut diruto ædificio possit materiam tollere *l. 39. inf. eod. l. 37. & seq. d. R. V.*

XL I. Si quis ædificaverit in solo alieno ex alienâ materiâ, Dn. soli, etiam efficitur Dn. ædificii, non verò materiæ: sed diruto ædificio redit ad priorem Dominum, sive ædificans fuerit in bonâ, vel malâ fide. Præterea contra ædificantem, domino, suæ competunt actiones. *vid. Schneidw. ad §. 30. J. d. R. D.*

XLII. Ad consequendas autem impensas nullam planè quis *In Reperi-* habet actionem, licet bonâ fide ædificavit *l. 48. d. R. V. l. 14. d. rione im-* dol. mal. Exc. *l. 14. §. 1. comm. div.* conceditur verò retentio, & *pensarum* exceptio doli, si sit in possessione. *ad. t. exx.* Deducit itaque impensas necessarias tam M. quàm B. F. Poss. *l. 5. C. d. R. V. l. 38. d. per. Her.* Suffragatur nobis prælaud. Nob. Dn. *Strauch Disp. Inaug.* *d. Acc. quib. max. contr. spec. t. b. 23.* hic quidem indistinctè, ille verò non aliter, quam si res melior sit *d. l. 38.* Magn. Dn. *Franzk. ad. d. R. V. n. 86. & seq.* Utiles B. F. Poss. deducit nisi petitor sit pauper, tunc enim illas tantùm tollit *d. l. 38.* M. F. Poss. tollit tantùm indistinctè re salvâ *d. l. 5. l. 37. d. r. & absque rei dispendio d. l. 37. in f.* Magn. Dn. *Franzk. d. l. n. 90.* Nob. Dn. *Strauch d. disp. t. b. 25.* Volupt. impensas B. F. Poss. servat per Doli except. si & Dn. tales facturus fuisset *l. 39. §. 1. d. pet. Her. Add. l. 29. d. R. V. l. 27. §. 5. in f. eod.* aliàs eas tantùm tollere potest *l. 9. d. imp. in rem. dor.* sicuti malæ f. Poss. *d. l. 39.* Vid. Nobiliss. Dn. *Præf. in Disc. publ. ad L. 27. § 5. d. R. V.* Dn. D. *Hahn. ad d. r. n. 7. p. 403. pr.*

XLII. 2. SCRIPTURA. Literæ quamvis aureæ, alienis char- *In Scri-* ris vel membranis inscriptæ, cedunt chartæ, perindè ut ædificiū *pturâ.* solo. *§. 34. J. d. R. D. l. 9. §. 1. d. A. R. D.* ratio est in *l. 23. §. 3. d. R. V. l. 3. §. 14. ad exb.* scribès tamè aliquid ex errore s. bonâ fide in mēbranas alienas, potest exceptione doli sumtùs scripturæ consequi. *d. §. 34.*

XLIII. 3. PICTURA. Diversum hic atque in Scriptura. *l. 9. Picturâ.* *§. 2. in pr. d. A. R. D. §. 35. J. d. R. D.* quod receptum est ob insignem artis pictoriæ præstantiam. Ridiculum enim picturam Appellis vel Parrhasii in accessione vilissimæ tabulæ cedere. *d. §. 35.* tanti nimirùm Artificis, qui

C

colo-

solers, nunc hominem ponere, nunc Deum. *Hor. 4. Od. 8.*
 eum nulla omnino, hic interveniat proportio; plusque sit in ma-
 nus pretio quam in re *l. 13. §. 1. d. V. S.* Sic in simili casu, noluerit
 ædiles propter dignitatem hominis eum ei rei accedere, quæ esset
 minoris *l. 44. pr. d. ad. Ed.* Fuere tamen Jcti, qui strictam Juris
 rationem secuti, contrarium statuerent, inter quos *Paulus in l. 23.*
§. 3. d. R. V. Conf. Magn. Dn. Ungep. Ex. Inst. §. 9. in A 70 inf.
 Tum demum verò Pictor fit Dn. tabulæ, si pretium pro eâ sol-
 vat, aliàs eam perens, à Dn. tabulæ, Except. doli summovebitur.
d. §. 35. Sin autem putet se esse Dn. tabulæ, & b. f. possideat, tum
 competit Dn. tabulæ actio utilis: si non solvat pretium,
 obstat illi Exc. doli mali *d. §.* Si uterque offerat pretium, Pictor
 audiendus ob favorem & præstantiam hujus artis. Secus hoc si
 scienter pinxerit *d. §. 35.* Intelligenda verò hic ea pictura in spe-
 cie dicta, non ea, quæ sit creta vel carbone mit der Reißstohlen/
 quæ facile potest deleri, & nullius pretii esse videtur.

Intexturâ.

XLIV. 4. INTEXTURA. Diversum hic atque in Picturâ. Est
 enim Purpura pretiosior sit vestimento, tamen ei accessionis vice
 cedit *§. 27. f. d. R. D.* idem dicendum de omni quod ornatus ad-
 jicitur causâ. *l. 20. d. aur. arg. l. 29. §. 3. & ult. eod.* nec spectatur
 hic rei pretiositas *d. l. 19. §. ult.* (Fuit Purpuræ olim præ-
 cipuè Tyriæ summum pretium, cujus distractio sub publicatio-
 ne bonorum & capitis privatis penitus erat interdicta *l. 1. C. que
 res ven. cujus usum certis tantum personis concessit Cæsar Suet.
 in ej. vit. c. 43.* Nero planè interdixit. *id. in Ner. c. 32.*) sed acces-
 sio: quæ debet cedere principali & majori speciei *d. l. 19. §. 13. l. 23.
 §. 5. in pr. d. R. V. l. 26. §. 1. d. A. R. D. c. accessorium d. R. J. in 6.*
 Et datur Domino purpuræ contra b. f. intextentem *Condictio si-
 ne causa vel actio ad exh. l. 6. ff. ad Exh. d. l. 23. §. 5.* contra m. f.
 intextentem *Condictio furtiva & actio furti poenalis d. §. 27.
 d. R. D.*

*Specificatio-
 nens.*

XLV. 5. SPECIFICATIO, quæ est novæ speciei ex alienâ ma-
 teriâ formatio l. confectio. Magn. Dn. Franzk. *Ex. 4. q. 4. num. 1.*
 Est autem ea vel IRRESOLUBILIS & tali casu fit specificantis *§. 25. f.
 d. R. D. l. 7. §. 7. d. A. R. D.* quia enim res prior extincta videtur,
 & no-

& nova conficitur per speciem novam, æquum est, hanc materia prædominari. Forma enim dat esse rei, quæ mutata interimit ejusdem substantiam *l. 9. §. 3. inf. ff. ad Exhib. l. 13. §. 1. d. V. S. accedente privatione.* Cujus igitur species, ejus & merito res. Habet tamen Dn. materia actionem in factum, ut consequatur pretium materiae *d. l. 23. §. 5. d. R. V. per rit. l. 11. d. R. 7.* vel RESOLUBILIS, ita ut pristina materia possit separari, tunc species nova pertinet ad Dn. materiae *d. §. 25.* quia enim species ad materiam facile adhuc potest revocari, videtur materia prævalere formæ & tota res sit ejus cujus materia est, jure accessionis *l. 61. d. R. V.* Cui non obstat *l. 26. pr. d. A. R. D.* Ea enim quæ talis materiae sunt, ut sæpius in sua redigi possint initia, ea materiae potentiâ victa nunquam vires ejus effugiunt, uti elegantissimè philosophatur *Consulius in l. 78. §. 4. inf. d. leg. 3.* Vincit itaque hoc casu, Materia formam: uti priori, Forma materiam: Et secundum naturalem rationem pars potior & dominans trahit ad se minorem, & quod minus cedit potentiiori. *Mæst. l. 2. d. Just. Rom. LL. dub. 33.* Aliter *Conn. l. 3. c. 6.* quem improbat *Mæst. d. l. & Grot. l. 2. d. J. B. & P. c. 8. num. 21.* qui communionem induci pro ratâ ejus, quanti unum quodque est, secundum naturalem rationem nititur. *d. l. 11. 19.* Quia tamen ejusmodi Communio haud commodè potest subsistere, cum maximas pareret discordias, placuit Justin. media via, quam etiam tenuit *Cajus in d. l. 7. §. 7. Callistratus l. 12. §. 1. Paulus l. 24. & 26. in pr. d. A. R. D.* confirmata ab ipso *in d. §. 25. J. d. R. D.* opposita sectæ Sabinianorum & Proculianorum, quorum hi speciem illi materiam spectabant, rationes eorundem habentur *in d. l. 7.* Fuere hi dissidentes & diversi inter se *l. 2. §. 47. d. O. J.* in multis Juris articulis *vid. l. 1. §. 1. d. contr. Emt. §. 2. J. d. Emt. & Vend. §. 8. J. Mand. l. 40. pr. d. pet. Her.* Requiritur autem & hic in specificante Error s. bona fides, aliàs Dn. ejus non efficietur *rat. in l. 12. §. 3. inf. ad Exhib.*

XLVI. ACCESSIO MIXTA consistit i. in IMPLANTATIONE, *Implantatione.*
 Sive quis scienter plantam suam in alieno solo, sive alienam in suo plantaverit solo, ea semper si modo radices egerit, cedit solo. *§. 32. d. R. D. l. 7. §. ult. d. A. R. D. l. 9. §. 2. vers. ita demum d. damn. inf.* cum vita arborum in radicibus sit posita, earumque

alimento, quod ex solo attrahunt *l. 3. §. 3. in f. ff. arb. furt. c. 1.*
atque alio terræ alimento alia efficitur *l. 26. §. 2. d. A. R. D.* Nec
obst. *l. ult. pr. d. damn. inf. ut & l. 6. §. 2. arb. furt. c. 1.* Datur ta-
men Domino plantæ actio utilis, ut vel reddatur arbor, aut ejus
præstetur interesse *l. 5. §. 3. d. R. V.* Diff. Grot. *l. 2. d. J. B. & P.*
c. 8. n. 22. qui communionem plantæ inducere fatagit.

Satione.

XLVII. 2. SATIONE. Idem Juris hic observatur *§. 33. d. R.*
D. lig. pr. d. A. R. D. l. 11. C. d. R. V. quoniam in percipiendis fru-
ctibus, magis corporis Jus ex quo percipiuntur, quam seminis, ex
quo oriuntur, adspicitur. *l. 25. pr. & §. 1. d. Usur.*

*Fructuum
perceptio-
ne.*

XLIX. 3. FRUCTUUM PERCEPTIONE. Fallit hoc in Poss. B. F.
is enim fructus, quos aliâs cedere solo dixi, proprios facit, etiam
si non sit verus eorundem Dominus. Quod ad fructus enim atti-
net loco Domini penè est. *l. 48. pr. d. A. R. D. l. 136. d. R. J. Eich.*
in comm. ad R. J. c. 9. num. 70. ex præsumptione, quod enim illi est
Dominium huic est bona fides *l. 49. d. V. S.* Conf. Magnif. Dn.
Franzk. *Ex. 4. q. 7. per. tot. & comm. ad t. d. R. V. n. 43.* Nobiliss.
Dn. Strauch *Disp. inaug. de Access. quib. contr. spec. th. 5. pr. &*
Disp. d. verit. in vic. rei prest. th. 10. Et quidem tam naturales, quàm
industriales, tam consumptos quàm extantes, & ita omnes. Prob. hoc
(1.) per txx. generaliter loquentes in *§. 36. d. R. D. d. l. 48. l. 28. in*
pr. l. 25. pr. §. 1. l. 1. d. Usur. §. 2. J. d. Off. Jud. (2.) per txx. in spe-
cie de fructibus naturalibus agentes d. l. 48. l. 71. quib. mod. Usus-
fruct. l. 78. d. R. V. (3.) quod causa hujus acquisitionis nimirum
bonâ fides percipientis *d. l. 48. d. l. 25. §. 1. l. 136. d. R. J.* commu-
nis est, & naturalibus & industrialibus fructibus. Nobiliss. Dn.
Præf. in *Lect. publ. ad l. 20. d. R. V.* (4.) in omnibus eadem ratio
accessionis. Magn. Dn. Franzk. *d. l. n. 44.* Sed vera sunt hæc sal-
tem in thesi, cum enim Dominium revocabile habeat B. F. Poss.
fallit in hypothesi *l. 25. §. fin. ff. d. Usur.* Consumptos itaque lu-
cratur irrevocabiliter. Nobiliss. Dn. Strauch *d. Disp. inaug.*
d. l. Extantes verò tenetur restituere seu pendentes fuerint seu
non *l. 44. d. R. V.* eosque non solum naturales sed & industriales
l. 22. C. d. R. V. §. 36. J. d. R. D. §. 2. circ. f. d. Off. Jud. l. 4. §. 2. fin.
reg. l. 40. in f. d. A. R. D. l. 4. §. 19. d. Usuc. probante enim actore
Dominium, Jus & causa B. F. Possessoris cessat. Ludov. Post. *dec.*

71. Ros.

71. Rot. Rom. n. 13. Et tr. novissimo d. subbas. inspect. ff. n. 8. Et 10.
indeque in malâ fide & morâ constituitur l. 40. d. A. R. D. arg. l. 3.
pr. ff. d. Usuc. Conf. Nob. Dn. Strauch. d. Disp. th. 12. Et etsi à par-
te ejus militet regula: Bonam Fidem tantum præstare, quantum
veritatem l. 136. d. R. 7. tamen à parte Dn. fortior est: Quodcun-
que ex re meâ natum est, & extat, meum est. l. 49. d. R. V. In hâc
pugnâ regg. æquitatis fictio cedit veritati, bona fides vero Domi-
nio Magn. Dn. Franzk. d. Ex. 4. q. 8. Et ad d. t. d. R. V. n. 50. Nobil.
Dn. Præs. ad all. L. 20. q. 2. Nec refert in fructibus consumtis
an B. F. possessor sit factus locupletior, an non l. 22. C. d. R. V. l. 4.
S. 2. fin. reg. l. 4. S. 19. d. Usuc. S. 2. d. Off. Jud. S. 36. d. R. D. l. 41. S. 1.
d. rejud. quidni enim bona fides in tantum proficiat, ut & con-
sumtos fructus lucratur ex quibus ditior factus est. Dn. D. Hahn.
ad d. t. d. R. V. n. 7. p. 401. Nobil. Dn. Præs. all. loc. Add. Magn. Dn.
Franzk. d. l. n. 63. seqq. Communior tamen & praxi recepta est
sententia, quod & B. F. Poss. ad restitutionem consumtorum fru-
ctuum quatenus ex iis locupletior factus, teneatur. Hartm. Pist.
L. 4. q. 25. Et 26. n. 29. Nobiliss. Dn. Præs. d. l. Dn. D. Carpz. p. 3. consti.
32. def. 28. Et 29. quam æquiores etiam sequuntur Theologi
Morales Bonacina d. restit. disp. t. q. 3. punct. ult. S. 1. n. 7. Joh. de
Dicast. tr. d. J. S. 7. L. 2. tr. 2. disp. 2. dub. 3. n. 28. 60. Et seqq. Et
disp. 5. dub. 1. n. 6. cum quibus consentit Grot. L. 2. c. 10. n. 5.
Quando verò censetur esse ditior exponit l. 18. ff. quod met.
caus. & latè tractat. d. Dicast. L. 2. tr. 2. disput. 5. dub. 1. n. 17. seqq.
Mal. Fid. Poss. omnes omnino fructus tam industriales quàm na-
turales, tam consumtos quam exstantes, perceptos tam honestè
quàm inhonestè, propter honestam Hermogeniani interpreta-
tionem. l. 52. ff. d. her. pet. etsi petitor percepturus non erat l. 56.
ff. eod. Nobil. Dn. Strauch. d. disp. inang. th. 9. Et Disp. d. verit.
in vic. rei præst. th. 30. quam percipiendos Poss. dec. 88. R. n. 20. Et 26.
etsi possessor non percepit, si petitor honestè percipere potuisset
l. 33. d. R. V. l. 12. pr. ff. quod met. ca. l. 39. S. 1. d. leg. 1. l. 4. C. undè
vi. l. 62. S. 1. ff. d. R. V. Nobiliss. Dn. Strauch. all. loc. cogitur
restituere. S. 36. inf. d. R. D. l. 22. ibiq. Goth. C. d. R. V. l. 5. C. eod.
l. 33. l. 62. ff. eod. l. 39. S. 1. d. leg. 1. l. 10. S. 20. qua in fr. Cred. S. 2. d.
Off. Jud. l. 3. d. cond. ex leg. l. 4. S. 2. fin. reg. l. 4. C. d. Crim. exp.
her.

ber. radix enim Obligationis ad fructuum restitutionem mala-
fides Post. d. tr. d. Subbast. insp. 55. n. 8. Diss. de fructibus merè in-
dustrialibus Dicaft. lib. 2. tr. 2. disp. 2. dub. 5. n. 105. seqq. Nihilque
refert an sit titulatus an non M. F. Poss. Malam enim Possessoris
improbi fidem titulo aliquo purgari posse nulla jūris permittit
ratio. Æque enim in m. f. est qui sciens à non Domino emit rem,
quam is qui nullum. Post. d. tr. insp. 55. n. 42. Nec Obst. l. 17. C. d.
R. V. ad quam eruditè respondent Magn. Dn. Franzk in addit ad
d. Ex. 4. q. 9. Nob. Dn. Præf. ad d. l. 20. in pr.

*In Reivin-
dicatione.*

XLIX. Fluit ex hac specie Juris in Re Dominio Actio in-
rem. directa nempe R. V. l. 23. pr. ff. d. R. V. §. 1. inf. 7. d. Act.
quâ Dn. contra possidentem rem corporalem se Dn. declarari,
adeoque rem cum omni causâ restitui petit. Magn. Dn. Franzk.
ad d. t. n. 8. Datur itaque Dn. contra possessorem rei l. 9. pr. ff. d.
t. l. 25. pr. d. O. & A. vel verum vel fictum: qui est (1.) qui se liti
obtulit l. 25. seqq. eod. (2.) qui dolo desit possidere l. 27. §. 3. d. t.
add. l. 36. eod. l. un. C. d. al. Jud. mur.

L. Si quis igitur in alienâ ædificaverit areâ cujus Emtor
b. f. fuit quidem, verum jam rescivit alienam, datur contra eum
R. V. nec prodest ei Exceptio quod b. f. & ex errore aream emer-
rit, non enim debuit jam alienam certus, ædificium ponere. l.
37. inf. d. R. V.

LI. Consequitur & hac ratione B. F. ædificator impensas
in rem ædificatam erogatas. Casus proponitur in l. 38. d. R. V.
Dist. Consultus divitem à paupere. Quod dives debeat reddere
impensam, usque eò duntaxat quo pretiosior facta est res. d. l. 38.
vers. Finge & Dn. Si verò pauper sit Dn. tunc cum non sit mer-
gendus sumtu, ut in simili loquitur l. 3. pr. d. contr. tut. act. per-
mittendum B. F. ædificatori, ut tollat ex his rebus quæ possit, dum
itâ, ne deterior fiat fundus, quam si initio non foret ædificatum.
d. l. 38. neque enim malitiis indulgendum d. l. 38. circ. f. add. l. 3.
C. f. quas pr. nec ferendus is qui vult obesse, non prodesse sibi.
Immo laudandus potius, qui cum etiam jure alteri nocere possit,
non noceat tamen. Sic licet venditori effundere vinum, si diem
ad metiendum præstitit, nec intrâ diem ad mensum est. l. 1. §. 3. per.
d. per.

d. per. & comm. R. V. Si tamen cum possit effundere, non effundit, laudandus est potius proptereaque mercedem doliorum rectè exigit si interfuit ejus inania esse vasa, in quibus vinum fuit. Quod consiliū J Cei, inquit *Goth. ad h. l.* quoties apud me diligentiùs retracto, audenter jam dicam, inter J Cium & virum bonum nihil interesse, certissimam denique ad cælum viam esse Juris, professionem si ad æquum & bonum revocetur.

LII. Hactenus de acquirendi modis Juris Gent. Sequitur Acquisitio Jure Civ. prodita & quidem per **USUCAPIONEM**, *In usucapione* quæ introducta ob bonum publicum Dicast. *libr. 2. tr. 1. disp. 1. p. 109. dub. 12. n. 165.* Hugo d. Roy. *de eo quod just. L. 3. t. 3. n. 2.* neque contrariatur naturali æquitati uti hoc probat d. Hugo de Roy. *t. 4. n. 7.* & latè pro Justitiâ Usucapionis *tor. L. 3. pugnatur* immò post legitimum tempus effluxum B. F. Possessor etiam tutus in foro conscientiæ. Dicast. *d. l. n. 167.* Hugo de Roy. *d. l. 3. t. 6. Mæstert. l. 2. d. Just. Rom. LL. dub. 41.*

LIII. Error itaque tam Juris quam facti usucap. non impedit. *l. 4. ff. de J. & F. l. 31. l. 32. ff. de Usuc. l. 2. §. 15. ff. pr. Emt. l. 4. C. qui bon. ced.* Hugo de Roy. *d. l. 3. t. 8. n. 1. & seq.* verùm mala fides *l. 2. §. 1. ff. pr. Emt. l. 7. C. eod. & Error falsæ causæ. §. 6. J. d. usuc.* *In usuc. pro soluto.*

LIV. In Usucap. pro soluto tum demùm procedit Usucapio, ut si existimans debere tibi, tradam, & tu putes debitum esse *l. 48. pr. ff. de Usuc.*

LV. Alter Jur. Civ. acquirendi modus est **DONATIO** *Donatio* Magn. Dn. Franzk. *Ex. 5. q. 8. n. 1.* quæ est gratuita rei in alium collatio. Et generaliter nemo ex errore donat *l. 10. pr. C. de Donat. me.* Q. porro hic: Donavit mihi aliquid Sempronius atquè servo communi rem tradidit, servus sic accepit ex errore, quasi socio acquisiturus, vel quasi mihi & locio, quid juris? Et placet, Sempronio acquiri. *l. 13. ff. de Donat.*

LVI. In Donatione impropriâ ob causam, Error impedit Donationem. v. c. *Dono tibi quia pauper es, quia affinis meus,* nulla erit Donatio, si pauper non sit, vel affinis: quia Error est circa motivam causam Donationis, atque adeò substantia Donationis involuntaria, cum intentio finis ac motivi principalis determinet actum electionis. Secus si Error subsistente causâ principali

cipali & motivo Donationis esset circa accidentale aliquod & impulsivum. Dicast. l. 2. tr. 3. Disp. 1. dub. 6. n. 16.

LVII. Præsumitur fictione Juris Mulier ex errore donare. arg. l. 4. §. 1. ad Sc. Vell. Sexus enim muliebris naturâ avarus est Mulierque animal tenacissimum Bl. in l. 16. C. d. Don. ant. nupt. ex quo & rarò donare d. l. 16. in f. C. d. Don. ant. nupt. & si quando donat, contra naturam suam facere dicitur. l. 33. §. 1. d. Don. inter vir. Magn. Dn. Franzk. t. d. ff. ad Sc. Vell. n. 18.

LIX. Præterea quoque in perfequendâ re Error non obest. Datur namque ad eam recuperandam *Actio Publiciana*, quæ datur illi, qui rem ab alio non vitiosam, ex justo titulo sibi traditam l. 7. §. 16. d. publ. b. f. accepit, exindeque in conditione usucapiendi constitutus. l. 12. d. Usuc. 1. 48. d. furt. l. 7. §. 11. §. 15. ff. de publ. in rem act. contra quem cunque Poss. vel Detentatorem qui sine titulo l. 9. in f. d. R. V. & bonâ fide, & itâ jure infirmiori Rem possidet l. 7. §. 3. d. publ. ad id, ut ipsi, ac si esset Dn. restitua- tur. l. 7. §. 8. eod. l. 27. §. 3. d. R. V. Cum enim durum esset, his casibus deficere actiones. §. 4. d. Act. nec ratio ulla juris patere- tur, ut quis præferretur illi, qui jus in illâ re haberet, quod ei bona fides acquisivit. l. ult. d. publ. in rem. ac amissâ re non haberet actionem pro re recuperandâ, æquum visum fuit. Prætori, supplere defectum actionum, officii sui memor in l. 8. d. §. 7. Nov. 24. cui aliâs suppletio, Correctio ac Extensio LL. erat demandata pr. t. §. d. Bon. poss. atq; itâ introducere hanc fictionem. Ratio hujus in troductionis est, quod respectu extranei, B. F. Poss. non modò plus juris habeat, sed & Dn. comparetur l. 138. d. R. §. Neq; dicar quis, Prætorem hanc actionem introducendo, intro- ducere mendacium. Ad quod resp. Dn. D. Hahn. d. l. p. 404. Est igitur hæc Actio succedanea R. V. & quemadmodum illa oritur ex Dominio vero, itâ hæc ex Dominio ficto. Non nocet verò B. F. Poss. superveniens scientia, l. 7. §. 11. §. ult. d. Publ. in rem Dn. D. Hahn. d. l. p. 405. si modò in acquisitione possessionis Error fuerit in ventus. An autem Publiciana denegetur ei, qui à Furioso, quem sana mentis esse credebat, emit? Vid. Magn. Dn. Ungep. Ex. Just. 14. q. 5.

LIX. Considerabimus jam Secundam Juris in Re Speciem, nimirum

nimirum SERVITUDES inque illis Errorem. Sunt autem Servitu-
tes aliaē personales, aliaē reales.

LX. Inter Servit. personales primas tenet Ususfr. circa *In Servi-*
quem notandum, quod si Usufructuarius per errorem, in aedifica- *entibus.*
verit in fundo, ipsi in Usufr. concesso, Aedificium planè non
possit tollere, neque reficere *l. 15. pr. d. Usufr.* per superius tradita.
Segm. in XL. Integrum verò illi ipsi Materiam dirutis aedificiis
vindicare. Nec adversatur *l. 7. §. 12. d. A. R. D.* ad quam solidè
responsum memini à Nob. Dn. Præl. *in disc. publ. ad L. 15. d.*
Usufr.

LXI. Præterà Usufructuarius servitute concessà tantum *Usufructu.*
utens, existimans per errorem se nudum esse Usuarium, Usufr.
amittit. *l. 20. ff. quib. mod. Usufr. ibiq. ratio.* Secùs si sciverit se ha-
bere Usufr. *d. l. 20.*

LXII. Acquiritur Servitus in Specie, s. realis à B. F. Posses- *Servit. in*
sore, jure servitutis. *l. ult. ff. quem. Serv. am. l. ult. ff. d. præscr. long. Specie.*
temp. Si dicat se eà esse usum per longum tempus, & b. f. h. e. non
vi, clam aut precariò, eam acquisiverit. *l. 10. pr. ff. si serv. vind.* Re-
tinetur tantùm à m. f. Possessore *l. 24. ff. quem. serv. am.* Fundus
enim qualiter se habens, ità cum in suo habitu possessus est, jus
non deperit, neque refert, justè nec ne possideat, qui talem eum
possidet: verba sunt *l. 12. eod.*

LXIII. Tertiam Juris in Re speciem constituit PIGNUS, ex *Pignore.*
pressè inter species Juris relatum à Consulto *in l. 30. ff. d. nox. act. l.*
19. pr. d. damn. inf. l. 11. eod. ad quem cunq̄ue igitur, ut ait Molina,
disp. 528. n. 2. ea res devenerit, cum eo reali onere transit, ut indè illi
satisfiat, nisi aliundè sit satisfactum. *l. 12. C. d. distr. pign. l. 15. C.*
d. pign. & Hyp. add. l. 12. §. 1. ff. quib. mod. pign. Germ. das Pfand-
recht. Sumimus enim hic, non quâ contractus in *l. i. §. fin. d. pact.*
sed quâ jus est ob securitatem Crediti, Creditori in re oppignora-
rà constitutum, actionem realem hypothecariam producens
l. 41. ff. d. pign. act. l. 1. pr. eod. §. 7. J. d. Act. l. 19. ff. d. Exc. rei jud.
Dn. D. Fieb. *disp. 4. ad Ex. Magn. Dn. Franzk. q. 17. sem. n. 1.*

LXIV. Si quis rem alienam sciens pignori de-
derit, *l. 36. §. 1. d. pign. act.* locum habebit judicium contrarium
l. 9. pr. eod. & crimine Stellionatus plectetur *d. l. 36. §. 1.*
D quia

quã res aliena simpliciter non potest pignori dari, nisi sciente
Dn. l. 2. § 6. C. si al. res. aliud, si ex errore, vel volente & rati habente Domino, l. 20. ff. d. pign. act.

In Possessionis
LXV. Quarta Juris in Re Species est Possessio, quæ dicitur aliàs affectio tenendi l. 1. §. 3. d. A. P. affectus possidendi l. 3. §. 3. eod. intellectus possidendi d. l. 1. §. 9. destinatio rem habendi d. l. 7. item quã quis pro suo jure rem habet l. ult. d. it. act. priv. Dn. D. Hahn. diff. d. Jur. Rer. concl. 60. n. 9.

Acquisitione.
LXVI. Acquirimus autem Possessionem vel per nosmetipsos, vel per alios. l. 1. §. 5. ff. d. A. P. l. 34. §. 2. §. 12. eod. Priori modo si acquiramus, in genere Error impedit acquisitionem possessionis l. 34. d. A. P. Si sit erratum in corpore, secus si in nomine: Casus habetur in d. l. 34. Conf. Renneman. J. R. G. p. 2. disp. 7. th. 11. lit. B. Item si per Errorem rem alienam aliquis quasi propriam occupaverit, ridiculum enim hoc est dicere & audire uti ait l. ult. C. und. vi. Posteriori modo acquirimus Poss. per filium d. l. 1. §. 5. Per eum verò, quem justo ductus Errore, filium meum & in potestate meã esse existimo s. putativum, nihil planè mihi acquiritur. l. 50. pr. eod. conf. l. 4. eod. Similiter itidem per Procuratorem, etsi ille erraverit, si modò ego non errem. d. l. 34. §. 1. inf. eod.

Amissione.
LXVII. Amittitur Possessio, si quis ex errore, Furioso, quem sanæ mentis esse existimat, in conspectu fortè inumbratæ quietis, (sub quã occultit se vesania illius. Cuj. 24. obs. 30. circ. f.) constituto, rem tradiderit, licet ille non fuerit Possessionem adeptus, l. 18. §. 1. d. A. P. sufficit quippe possessionem dimittere. Illud enim ridiculum est dicere, quod non aliter quis vult dimittere, quam si transferat, immò vult dimittere, quia existimat se transferre. d. l. 18. §. 1.

Jure Hereditario.
LXIX. Quinta & ult. Juris in Re Species recensenda venit Jus nempe HEREDITARIUM, uti nominatur, in l. 5. §. 5. inf. ff. d. his qui effud. l. 6. pr. d. relig. l. 49. inf. Mand. l. 91. pr. ad L. Falc. l. ult. inf. ff. pr. suo l. 8. C. ad Exb. l. 3. C. d. reb. al. non al. Dicitur aliàs Jus mortui successione quæsitum. l. 37. d. Acq. H. Jus demortui l. 2. pr. d. bon. poss. Jus defuncti successiõe quæsitum. Das Erbrecht / Erbgerichtigkeit. Unde dicitur heres obtinere locum defuncti l. 31. inf. d. her. inst. l. 116. §. 3. d. leg. 1. l. 31. d. A. R. D. hereditas personæ vicem sustinere §. 4. d. her. inst. l. 15. inf. pr. l. 22. d. Usuc.

*d. Usuc. l. 22. d. fidej. l. 24. in ff. d. Novat. & heres fieri juris successor
l. 9. §. 10. d. Her. inst. l. 54. d. acq. H. Conf. Dn. D. Hahn. ad r. d.
Her. pet. n. 2. p. 383.*

LXIX. Inter Succedendi Modos verò, fœcundum admodum se præbet in nostrâ Erroris materiâ Jus HEREDIT. TESTAMENTARIUM. Circa quod occurrit, quod non possint suprema Testamentaria sua ordinare l. 25. §. 1. in pr. d. lib. & posth. & ultima voluntatis r. & quibus moderamina, de statu dubitantes vel errantes l. 15. ff. qui te-dem. Casus proponitur in l. 14. eod. qui enim de eo incertus, certam testamento legem non potest dicere d. l. 14. l. 1. pr. d. leg. 3. excipitur miles l. 9. ff. d. jur. Cod.

LXX. Nocet porrò Testatori, Error in proprio suo nomine l. ult. in f. C. d. Her. inst. ostendit enim hic Error fatuitatem: neq; enim homo supinus, aut magis stultus invenitur, qui suum nomen ignoret d. l. ult. Franc. d. Barry d. succ. test. & int. l. 2. tit. 6. n. 1.

LXXI. Præterea totius testamenti Caput ac Fundamentum, ipsiusque formale est Institutio Heredis §. 34. f. d. Legat. l. rione Heredit. d. her. inst. Dicast. l. 2. tr. 19. disp. 1. dub. 1. n. 6. & absque ea nihil valet l. 30. d. lib. & posth. l. 1. §. ult. d. vulg. & pup. subst. sed vires demùm per eam accipit l. 10. ff. d. jur. Cod. Hinc Errorem, in persona Heredis vitare testamentũ juris est indubitati, secus si in ejusdẽ nomine, cognomine, prænomine, vel Demonstratione Error fuerit commissus l. 4. C. d. testam. Add. Franc. de Barry d. succ. test. & int. l. 2. r. 6. n. 3. Barbos. Ax. Jur. 82. n. 8. Rennem. p. 2. f. R. G. disp. 19. th 8. lit. A. Seb. Medic. tr. d. cas. fort. p. 1. q. 2. n. 16. Idem, si quis in patre, aut patriâ heredis erret, dum tamen de eo constat l. 48. §. ult. ff. d. her. inst. Idem, si Testator putet Sejum esse mortuum, ille adhuc vivat, alium instituens. Dicast. lib. 2. tr. 3. disp. 1. dub. 12. n. 180.

LXXII. Heredes etiam cum non sint unius generis, verùm vel necessarii, vel sui & necessarii, vel voluntarii, hinc ad istos pertinet, quod si quis ex errore aliquem quasi filium suum instituerit heredem, non instituturus si nosset alienum, veritati hujusmodi Error non officiat l. 4. C. d. her. inst. l. 46. d. jur. fisci. cum neque professio, neque adseveratio nuncupantium filios, veritati

præjudicet. *l. 5. C. d. testam.* Idem dicendum de eo, qui aliquem ex errore instituit ut fratrem *l. 7. C. d. Her. inst.* & in genere de omni Erroneâ Institutione, circa heredis qualitatem commissâ, nisi qualitas ea sit, quæ designet causam finalem, propter quam fuit motus ad instituendum Testator. Barry. *d. l. n. 5.*

LXXIII. Q. *Quid juris, si in parte Heredi relinquendâ, Errorrem commiserit Testator?* V. C. si ex semisse Titium scribi dictaverit per Testamentarium s. Testamenti scriptorem: ille verò ex quadrante inveniatur scriptus. Et hic itidem Error, non obstabit, quominus fiet heres institutus ex semisse Titius. *l. 19. §. 2. ff. d. Her. inst.* cum aliâs errore scribentis testamentû, Juris solemnitas mutilari nequaquam possit *l. 7. C. d. testam.* nec Error librarii noceat *l. 92 d. R. J. Conf. Renneman. d. l. lit. B. Seb. Med. d. l. n. 25.*

Conditio-
nibus ad-
jectis.

LXXIV. Solet etiam Heres conditione prægravari: Putans igitur, ex errore se sub conditione institutum, conditionem implens; nihil ei hoc nocet, cum ea, quæ abundant, non soleant vitari. Fab. *ad l. 76. d. R. J. Conf. Don. 7. comm. 5. A. & B.* Eadem sententia, si absque voluntate Testatoris, conditio fuerit à Testamento ex errore adjecta: detractâ enim conditione, heres omnino futurus *l. 9. §. 5. d. her. inst.* quicumque institutus Conf. Barry. *d. l. n. 9.* Institutione per errorem vitiatâ defertur hereditas heredibus legitimis non fisco. Id *ib. n. ult.*

Aditio-
ne Here-
ditatio.

LXXV. Heredi ex certâ scientiâ non erroneè itâ instituto, incumbit Hereditatis Aditio, si delatam sibi esse hereditatem certò sciat *arg. l. 23. d. acq. Her. l. 6. C. d. jur. del. junct. l. 20. in pr. §. l. 88. ff. d. Acq. H. l. 76. d. R. J.* Nequit itaq; adire errans in morte testatoris *arg. l. 13. §. 1. d. acq. her.* ambigens, an sit purè institutus vel non *l. 32. §. 1. eod.* Errans in conditione Testatoris, etsi jus conditionis fuerit in veritate, ut poterit testari *d. l. 32. §. ult.* putans se necessarium cum sit voluntarius *l. 15. ibiq; ratio. eod.* tam diù errore permanserit. Remoto autem Erroris obstaculo, si tempus aditioni præfinitum nondum effluxerit, nihil jam obstat, quo minùs se hereditati possint immiscere, vel eandem adire heredes.

LXXVI. Non officit de cæterò Aditioni, si quis ex errore se pupillum vel filium esse putaverit. *l. 96. d. acq. her. l. 34. pr. d.*

acq;

acq. H. l. 6. §. 4. in f. eod. l. 21. d. Cond. & dem. Nec contravenit
d. l. 32. §. ult. d. Acq. H. Ut enim sciat conditionem Testatoris
Heres v. c. illum fuisse patremf. nec ne, pertinet ad jus ipsius; ut
videlicet ipsi rectâ deferatur Hereditas, absque quâ Heres esse
nequit. Conditio verò heredis v. c. se esse pupillum vel filiumf.
non pertinet ad jus ejusdem: habet enim hoc jam tum ex judicio
defuncti. Cum si filius f. sit vel pupillus, possit Jussus Parentis vel
Autoritas Tutoris intercedere, ne aditio illi existat nociva. Exi-
stimans autem se jussu Patris adire hereditatem, illam neque
sibi, neque Patri acquirit. l. 6. §. 4. in pr. ff. d. Acq. H.

LXXVII. Sæpius & cum contingat, ut instituti deficient
heredes, illis vel morientibus, vel etiam hereditatem repudianti-
antibus, permisum Testatori, ne moriatur intestatus, plures he-
rerum gradûs s. succedaneos atque succenturiatos facere here-
des: qui vocantur substituti l. 8. d. lib. & post. cum inter sit de-
functorum succesores habere certos l. 6. in pr. ff. d. interrog.

Substi-
tutioni-
bus.

LXXIIX. Quær. hic: *Quomodo Conditio ista*, si Heres mihi
non erit, interpretanda? Resp. cum Suth. *diss. 8. aph. 36.* diversi-
mode. In Extraneo enim Herede sui juris denotat, si vel ipse
heres non erit, vel illi, in cujus potestate est, hereditatem non
acquisiverit S. ult. f. d. vulg. subst. l. 4. ff. d. her. inst. Undè si filiof.
aut servo taliter foret substitutum, pater & Dn. substitutum ex-
cludunt, modùm sciverit testator, heredem esse in alterius pote-
state constitutum. Quod si verò arbitratus sit esse Patremf. qui
tamen servus est, propter Errorem, & voluntatis incertitudinem,
media via est ineunda: ut semisem heredit. acquirat Dn. semis-
sem substitutus. d. §. ult. in pr. d. l. 41. in f. Ille enim pro se ha-
bet hanc regulam, magis sequendum id esse, quod sit in veritate,
quam quod in opinione. Pro hoc autem facit, quod sequenda
omniò sit opinio, & inde præsumta ac conjecturata Testatoris
voluntas, qui videtur non consultum voluisse ille in cujus per-
sonâ Errorem commisit.

LXXIX. Auferebatur Hereditas Heredi, si necem Testatoris
defuncti reliquisset in ultam l. 17. d. his quib. ut ind. l. 1. pr. C. eod. Ablat-
secus si Error in facto. d. l. 17. ac ex Errorre putaverit ad se hoc non tione He-
pertinere. l. 25. §. 6. in pr. d. her. pet. Rat. erat, ne homicidium red.,

D 3

maneret.

maneret impunitum, nō inſtitutā accusatione: quā omiſſā Jūdex olim non poterat procedere. *gl. in l. 2. §. pen. verb. ſine accuſatore ad L. Jul. d. Ad. Conf. Dn. D. Hahn. ad t. d. bis quib. ut ind. n. 2. verb. qui necem.*

In Lega-
tis.

XXC. Relinquitur non ſolū Teſtamento tota Hereditas ſ. Juris Univerſitas, ſed ſubindē etiam res ſingularis ſ. commodum aliquod ex Hereditate percipiendum. Hinc dicuntur Legatarii juris ſingularis ſucceſſores *arg. l. 24. d. V. S. §. l. 62. d. R. J.*

XXCI. Res quæ poſſunt legari, ſ. materia legatorum, ſunt Res, vel Facta. Illæ non ſunt in rerum naturā vel actu, & hæ non poſſunt ſ. ex ſcientiā ſ. ex errore rectē legari: *l. 108. §. 10. d. leg. 1. arg. §. 1. d. inut. ſtip.* vel potentiā, & quidem ſi exiſtere poſſunt rectiſſimē legantur: ſperantur enim aliquandō futura. *§. 7. J. d. Leg. l. 24. pr. d. leg. 1. l. 15 l. 17. d. leg. 3. l. 1 §. ult. d. cond. §. dem.* Vel etiam in rerum naturā exiſtunt, & hæ iterū inutiliter ſ. ex errore ſ. ex ſcientiā legantur, quorū Dominiū Legatario acquiri nequit. Quod accidit, ſi res legata ſit extra commercium. Sunt autem in illorum cēſu, res nullius *§. 7. J. d. R. D. publicæ, vel Principis V. C. Horti Saluſtiani, Fundus Albanus l. 39. §. 8. d. leg. 1. prædia in patrimonio Cæſaris d. l. 39. §. 10. harumque rerum ſ. per errorem ſ. ex ſcientiā legatarum, ne æſtimatio quidem debetur. §. 4. J. d. Leg. ſecundum Caſtrenſ. & Alex. quamvis diſſentiat vetus ille Interpres Raphaël. *Gorb. ad d. l. 39. §. 10. lit. R.**

XXCII. Ut legatarius Dominiū rei legatæ acquirere ſibi nō poſſit, etiam tūm contingit, quando res legata, legatarii tempore teſtamenti propria *l. 39. §. 2. l. 41. §. 2. d. leg. 1. l. 13. C. eod. ratio eſt in §. 10. J. eod. Rar. Rationis, quodcunq̄e enim ſemel meum eſt, ampliū meum fieri nequit. l. 159. d. R. J. §. 14. J. d. Ad. Et hoc procedit, etſi fuerit vivo teſtatore facta alienatio *d. §. 10. l. 41. §. 2. pr. d. leg. 1. jung. t. t. ff. d. Reg. Cat. l. 29. l. 201. l. 210. d. R. J. Secus dicendum, ſi Error intervenerit, §. 11. J. d. leg.**

XXCIII. Non excuſat Error Legatum, ſi exindē utilitas nulla ad Legatarium redundet: eſt enim Legatum Donatio *§. 1. J. d. leg. & titulus lucrativus ubi verſatur liberalitas & munificentia quædam. l. 18. d. adim. leg. l. 32. ff. mand.* Hinc Debitor non poteſt Creditori legare, quod eidem debet *§. 14. J. d. Leg. niſi plus*

si plus sit in Legato, quam in debito *d. §. 14.* vel ut ait *Consultus in l. 25. vers. ult. d. lib. leg.* nisi emolumentum debiti ampliatur. Ampliatur autem emolumentum hoc, si Debitum sub conditione purè legetur *d. §. 14. ratio est in §. 1. f. d. Fidej. Conf. Suth. dissio. aph. 32. & 33.* si Dos prælegetur *§. 15. f. d. leg. ratio est in l. un. §. 7. vers. Exactio C. d. R. V. A.*

XXCIV. Legatur porro tam res propria quam aliena. Et illam quidem Testator rectissimè legat, quia libera illi in re propria alienandi & disponendi de eâ re competit potestas. *Conf. Grot. d. f. B. & P. L. 2. c. 6. n. ult.* habet enim ejusdem plenum & expeditum Dominium *Dicast. L. 2. tr. 19. disp. 2. dub. 7. n. 116.* quamvis ex errore existimet rem esse alienam *§. 11. f. d. Leg. ibiq. rat.*

XXCV. Res aliena quæ legatur à Testatore, vel est secundum quid aliena, & habet Testator in ea aliquod Jus ut est (1.) heredis simpliciter, & valet legatum *§. 4. pr. f. d. Leg. l. 86. §. 3. d. leg. 1. f. ex errore s. scientiâ l. 86. §. 8. d. leg. 2.* *Dicast. d. l. n. 127.* quia heres eadem cum defuncto persona Juris fictione *Nov. 48. pres. circ. f.* (2.) heredis secundum quid v. c. quando Jus vel in Re, vel ad Rem, circa eandem habet, & tunc censetur tantummodo jus illud, quod Testator circa rem habebat, legatum. Exemplum præbet *l. 10. pr. C. d. Leg. l. 5. §. 1. d. leg. 1.* *Dicast. d. l. n. 121.* (3.) Vel est planè aliena, tertii alicujus, vel Jure Dominii, vel alterius Juris in Re, v. c. pignoris. Et distingo hîc, vel ex errore Testator rem alienam vel obligatam legavit, vel scienter. Priori modo Legatum non valet. *§. 4. f. d. Leg. ibiq. rat. Dicast. d. l. n. 118.* Rat. est, quod magis in legandis suis rebus, quam in alienis comparandis, & onerandis heredibus, faciliores iuventur voluntates *l. 67. §. 8. d. leg. 2. l. 36. §. 1. inf. ff. d. Usufr. leg. Mæstert. lib. 2. d. Just. Rom. LL. dub. 47.* Præsumitur enim mens fuisse Testatoris suas legare res, illudque etiam ultimæ consentaneum voluntati. *arg. l. 1. ff. qui Testam.* Posteriori modo, rem redimere, & Legatario præstare cogitur *l. 10. pr. C. d. leg.* Etsi ejusdem non possit fieri iuratio v. c. quod Dn. vendere eam recuset, sicuti aliàs nemo regulariter ad venditionem suæ cogitur rei *l. 11. l. 14. C. d. contr. Emt. add. l. 16. C. d. Jur. Del. l. 3. ad L. Jul. d. Ann. Francisc. d. Amaya in libr. X. G. t. Ut nem. lic. in Emt. n. 10.* vel immodicum exigat

gat pretium, in locum ejus succedit rei æstimatio. *l. 71. §. 3. d. leg. 1. d. §. 4. pr. l. 39. §. 7. d. leg. 1. l. 57. eod. l. 14. §. ult. d. leg. 3.* Expressè enim constat de voluntate defuncti, hincque conjecturis locus non est, sed voluntas ejus debet adimpleri *arg. l. 1. C. d. SS. Eccl. Neque hic attendendus Can. Pontificius, qui habetur in c. filius 5. d. testam.* ad quem resp. *Mæst. d. l. Conf. Dn. D. Hahn. ad t. d. leg. 1. n. 6. p. 300.* Excipitur (1.) nisi sit Legatarius persona Testatori proxima & necessaria, *l. 10. inf. C. d. Leg.* quam proximitatem usq; ad decimum cognationis gradum extendunt *DD. ad d. l. 10. Sub. d. disp. aph. 38. inf. Goth. ad d. l. 10. lit. N. Molina ad famulum proprium Testatoris refert. Dicast. d. l. n. 119.* (2.) in Legato Libertatis relicto servo alieno, quem testator proprium ex errore putabat, favore libertatis *l. 39. in pr. ff. d. fideic. lib.* Hisce enim casibus Error non obest.

XXCVI. Ad probationem autem, Defunctum nimirum scienter, non ex errore rem alienam legasse, tantum abest ut heres teneatur, ut potius onus hoc incumbat humeris Legatarii *l. 21. ff. d. prob.* utpotè actori, cui talis incumbit necessitas *§. 4. inf. J. d. Leg. d. l. 21. inf. & affirmanti, l. 2. ff. d. probat. l. 2. C. eod. add. N. 18. c. 8. Conf. Först. 1. d. Succ. 45. n. 14.*

In Demō-
stratione
legato ad-
jectā.

XXCVII. Falsa & erronea demonstratio non perimit Legatum *l. 2. §. ult. C. d. fals. caus. adj. l. 10. ff. d. aur. arg. leg. l. 33. cum l. seq. l. 40. §. 4. in f. d. cond. & dem. §. 30. J. d. Leg. l. pen. d. reb. dub.* Quid ea sit exponitur *in l. 17. d. cond. & dem.* Exempla legenti occurrunt *in l. pen. d. reb. dub. l. 4. pr. d. leg. 1. l. 35. §. 2. d. leg. 3. idem judicium esto, de erroneo rei legatæ nomine §. 29. J. d. leg. arg. l. 4. C. d. testam.* constat enim de subiecto, hinc non curamus accidentia *l. 6. d. reb. cred. l. 34. pr. d. cond. & dem.* Dicast. *lib. 2. tr. 19. disp. 2. dub. 9. n. 140.* Excipimus casum, si Error inter-
venerit in nomine appellativo, substantiam rei significante, & ab ipsâ Naturâ s. Jur. Gent. ipsi impositâ *l. 4. pr. d. leg. 1. Add. Franc. d. Barry. d. succ. test. & int. lib. 2. tit. 6. num. 4.* Dicast. *d. l. n. 141.* Vocabula enim rerum immutabilia *d. l. 4. inf. pr. & quæ sunt instrumenta docendi, ac ad discernendam rerum essentiam, comparata, arbitrio nostro mutari non possunt. Sequiùs esto itaque de iis quæ arbitrio cujusque imponuntur.* Add. Cujac. *in not.*

in not. ad Paul. l. 3. sent. t. 6. & ex eo Ritt. l'ad. d. §. 29.
J. d. Legat.

XXCIX. Ut & erronea causa d. §. 31. pr. J. d. Leg. Exem. *In adjo. d. d.*
pla subministrat d. §. 31. l. 17. §. 2. l. 72. §. 6. d. cond. & dem. Ratio erronea
enim legandi, legato non coharet d. l. 72. §. 6. utpotè quæ pender
à nudâ Voluntate Testatoris, & absque causâ subsistere potest.
Nisi liquidissimis probet heres documentis, Testatorem errore
lapsum aliter sensitse, & aliàs nisi subsistente hac causâ, legatu-
rum non fuisse l. 1. C. d. fals. caus. adj. Add. Wurmf. 1. pract.
obs. 39. obs. 20. exque eo Gotb. ad rubr. C. d. t.

XXCIX. Cõpetit Heredi, atq; licita est rei legata alienatio. Et qui-
dẽ si res aliena alienata sit (V. C. serv9 alien9 sine facto heredis ma-
numittatur,) non tenetur heres ad ejusdẽ præstationẽ l. 35. d. leg. 1.
quia tum servus sicut novus homo l. 27. in f. d. adim. leg. Rat. Rationis
constat ex l. 3. si quadr. l. f. in f. ff. d. his qui effud. l. 2. §. 2. vers. quæ-
sta in f. ff. ad L. Rhod. Secus de re ejusdem propriâ. Si enim servum
suum, Titio à Testatore legatum, manumiserit, omnimodò ad
ejus tenebitur æstimationem §. 16. J. d. leg. l. 112. §. 1. d. leg. 1. nec
Erroris sui placuit hic admitti rationem l. 28. ff. qui & à quib. man.
d. §. 16. Ratio Diverticuli est: quia priori casu nullũ heredis inter-
venit factum, nihilquẽ ei imputari potest arg. l. 15. ff. si quis om.
causs. test. l. 203. d. R. 7. hoc verò, ipsius intervenit factum, ideoque
ad implendam defuncti tenetur voluntatem.

XC. Licitum insuper Testatoribus modificare & deter- *Conditio-*
minare Legata per adjectas Conditiones l. 1. pr. ff. d. cond. & dem. *ne.*
quæ tũ demũ incipiunt deberi, si exstiterit conditio l. 41. d. 1.
Est autem Conditio Nota, suspendens actum, s. dispositionis
suspensio ex futuro, & incerto eventu. Dicast. lib. 2. tr. 3. disp. 1.
dub. 12. n. ult. Ut paruisse Legatarius adjectæ videatur, scire de-
bet, eam Testamento esse expressè insertam: Si enim ex errore
atque fortuitò ad ejus pervenerit implementum, obtemperasse
Testatoris voluntati non videtur. l. 2. in f. eod. ac tale Legatum
nondũ ab eo purificatum. Ludov. Post. dec. 56. n. p. Rom. R.

XCI. Concessum identidem iisdem, vigore & rigore LL. *In L. Falc.*
XII. tabb. totam exhaurire Legatis hereditatem l. 53. & 120. d. & Trebell.
V. S. propter liberrimum olim testandi usum d. l. 120. pr. J. ad. L.

E

Falc.

Falc. Veruntamen, nimia hæc legandi licentia, non minus restatori, quam heredi erat nocumeto: & cum sæpenuerò con-tingeret, ut desertà voluntate ultimà, tanquam damnosà, inter- status quis moreretur, certò quodam modò tanquam freno- coërcita per *L. Falcid. d. pr. f. d. L. Falc.* Ut nimirum ultra Dodrantem legare non liceat, sed quadrans heredi relinquatur integer atque illibatus. Error autem quadrantis hujus non re- tenti, repetitionem non denegat *l. 10. C. eod. si sit facti d. l. 10. se- cùs de errore Juris d. l. 10. ratio est in l. 7. d. f. C. E. f.* Idem di- cendum de IVtâ Trebellianicâ, per Errorè juris, in totum restita- ta *l. 68. Sult. ad SC. Treb. l. 9. C. d. L. Falc.* secùs si per facti errorem *l. 60. inf. ad SC. Treb. d. l. 9. pr. Conf. Petr. Bellojus l. 3. Var. Jur. Civ. t. 10. n. 1.*

Ep. Manu- XCII. Permissa denique etiam servorum in testamentis
miss; Testa- manumissio *ff. d. Man. test. ob præstitam enim eorum fidem,*
mentar. ac benè merita, summum ac inestimabile Libertatis conferre
beneficium, Testatores consuevè *l. 39. Su. d. fideic. Lib. Conf.*
ex Sidon. l. 1. Ep. 6. Ataya in libr. X. C. d. incol. l. 7. n. 55. Hinc
indè non nocet Error Testatoris in syllabat, *54. pr. eod.*

ERROR XCIII. Absoluto JURE IN RE, ejusque Quinq; Speciebus,
in JURE (neque enim plures committimur post Thom. Trevisan. *d.*
ad REM. sponsal. priv. 7. n. 11. cum Petr. Franc. Linglois *ad 50. Decis. dec.*
12. q. 1. n. 1. refer. Dn. D. Hahn. *ad t. d. Judic. n. 4.* Maritum enim
erga Uxorem habere Jus in Re; Sponsum erga Sponsam Jus ad
Rem, svavius dicitur quam verius: & quis non pelvim poscat ad
tantas ineptias. Confunderentur enim tali modo Jura Rerum
atque Personarum. Neque etiam pauciores admittimus, ut mul-
tas Dd. hæc in parte discrepantias ac dividiâs adduxit *Id. diff. d.*
Jur. rer. concl. 14. 24. C. seqq.) in quibus deducendis, non parcâ
sed avidâ egimus manu, contra nostrû prolixiores votum, restâ
tranimus ad Jus AD REM. Hoc aliâs nomine Obligationis *arg. l. 3.*
pr. d. O. C. A. indigitatur.

In Obli- XCIV. Obligamur autem alteri vel ex Cõventione, vel ex
gar. è Delictò s. factò illicito, quod incivile appellatur *in l. 2. pr. l. 3. d.*
Contr- *extr. cogn. l. 3. inf. C. d. nauz. sen.* Quemadmodum itaque ex
stus. contractu aliquid præstandum venit, ita & ex his aliquid debe-
tur,

cur, eapropter & debita l. 16. pr. C. d. quest. & mali contractus
l. 52. d. de iud. appellantur. Qui itidem contrahit, etiamsi nihil
peculiariter dicat, obligasse se censetur ad omnia Contractus na-
turalia; ita qui delinquit, sua voluntate se videtur obligasse po-
tè: quia crimen grave non potest esse non punibile, ita ut qui di-
recto vult peccare, per consequens mereri panam voluerit. Hinc
Pana subdidit ipsum reum affirmant Imp. in l. 34. ff. d. iur. ffic.
Hinc Tacito l. 12. Ann. Mulier, quæ se servo conjuxisset, in servitu-
te sui consentisse dicitur, quia id panæ in tales erat constitutum.
Conf. Grot. l. 2. d. J. B. & P. c. 20. n. 3.

XCV. Conventio s. Pactum generaliter sumtum est duo-
rum pluriumve in idem placitum consensus l. 3. ff. d. pollicit. l. 1.
§. 2. ff. d. pact. Hoc vel est Pactum in specie dictum, vel Con-
tractus l. 1. §. 3. & 4. l. 5. 6. & 7. ff. d. Pact. l. 15. d. P. V. Add. No-
biliss. Dn. Præf. Ex. II. d. 16. 1. Germ. eine bindliche hin und wieder
Handlunge.

XCVI. Debet autem generaliter Conventio omnis de nego-
cio aliquo civili instituta, constare consensu l. 1. §. 3. d. pact. ut-
potè materiali contractus: qui cum habeat duo principia, intelle-
ctum & voluntatem, in cuius potestate est assentiri, vel non
Mich. d. Lun. & Ar. l. 2. d. imp. rat. c. 6. n. 14. facile patet, Con-
tractum non purificari, si Error in ipsâ re, de quâ pactio initur, fue-
rit commissus per textum gen. in l. 57. d. O. & A. l. 51. d. pact. l.
2. pr. d. iudic. Add. Grot. L. 2. c. 11. n. 6. circ. f. Dn. D. Hahn. ad
r. d. pact. n. 5. Et talis Error est circa contractus substantialia.
Bonacina tom. 2. d. restit. & contr. Disp. 3. q. 1. punct. 2. §. 1. n. 1. &
2. Add. Dicast. l. 2. tr. 3. disp. 1. dub. 6. n. 59. & contradistinguitur
illi, qui versatur circa Contractus qualitatem. Bonac. d. l. n. 4.
Dicast. d. l. n. 60. Hic vel antecedit contractum, & dat ei caus-
sam, vel aliquando comitatur, & incidit in Contractum. Ille est,
quando quis inducitur ad contrahendum dolosè, non contra-
cturus, si dolus non adesset. Hic, quando contrahens contra-
xisset quidem secluso errore, non tamen ita libenter, vel non
cum tanto gravamine aut pretio. Errorem circa Substantiam
subsistentem, contractum reddere invalidum, statuminant Bona-
cin. d. l. n. 4. Molina disp. 259. & 332. & per plurimi, quos longè

recenset serie Joh. de Dicast. *d.l. n. 64.* Error circa Accidentia non nocebit Contractui, si qualitas illa remaneat in numero Accidentium, ex adverso, si transibeat in contractus substantiam. Add. omnino Mich. d. Lun. & Ar. *l. 2. d. nat. imp. c. 7. n. 36.* An verò valeat Jure Naturæ talis Contractus, *3a. Solutio* spargit Joh. d. Dicast. *d.l. n. 52. usq. ad f.*

Substantialibus,

Et quidem in Mutuo

XCVII. Et generaliter, uti jam rùm diximus, nocet Error in Substantialibus Contractu. Sic in Mutuo (quod est traditio rei, quoad Dominium, quæ statim fit accipientis, cum obligatione reddendi aliam, ejusdem rationis futuro tempore, finitore Molin. *disp. 299.* Dicast. *lib. 2. tr. 10. disp. 2. dub. 1. n. 7.* Add. *l. 1. §. 2. d. O. & A.*) requiruntur inter alia (1) ut mutuans sit Dominus rei mutuo datæ & (2) ut potestatem habeat rei alienandæ. Quia enim per illud, transfertur rei Dominium, necesse est, ut celebretur à Domino, vel ab alio ipsius nomine. Dicast. *d.l. dub. 3. n. 39.* Hinc æstivâ luce evidentiùs patet, rem alienâ s. erroneè s. scienter non posse mutuo dari. Rat. est, quia rei alienæ nemo est Dominus regulariter *l. 2. §. 4. ff. d. reb. cred.* Rat. Rat. Dominium enim, uti diximus, transferendum est, quod qui non habet, transferre non potest. *l. 54. d. R. 7.* Idem, si erretur in Forma hujus contr. nimirum traditione *pr. 7. Q. M. R. C. Obl. contractus Mutui erit nullus, uti habet famosissima l. 18. d. reb. cred.*

XCVIII. Potestatem rei alienandæ, in Mutuo non habet Filius, quamvis ex omnibus contractibus tanquam Paterf. conveniri possit *l. 39. d. O. & A. l. 44. d. pec. l. 57. pr. d. jud. l. 3. §. 7. pr. ad SC. Mac.* nec bonum sit nomen, ob exceptionem SCti Macedoniani, uti se habent verba *in l. 1. inf. pr. & t. t. ff. d. SC. Mac.* Hoc, publicæ utilitatis causâ introductum, principaliter in odium feeneratorum *d. l. 1. pr. l. 40. ff. d. cond. ind. l. 9. §. ult. ff. d. SC. Mac.* ne materia peccandi malis præbeatur moribus *d. l. 1. pr. secundariò ob favorem Parentum.* Add. Dicast. *d. l. n. 43.* Competit hæc Exceptio cuivis filios, etiam in Dignitate constituto *l. 1. §. fin. eod. & sacris vinculis exuto, uti ait l. 1. C. d. Off. Pr. et. BR. in l. 5. inf. d. his qui sui vel al. Sal. Castal. in l. 1. d. SC. Mac. per l. 1. §. f. d. r. junct. arg. N. 81. c. 2. Dn. Hahn. ad d. t. n. 5. p. 559. Digreditur Bach. in not. ad Tr. p. 1. Disp. 20. th. 7. lit. E. quem refutat Dn. Hahn. d. l. Fallit inter plurima hoc (1) si Filius, per Errorem pro*

pro Patref. à quovis habeatur, & ità quoque existimet Creditor, per justum facti errorem, non vanà deceptus simplicitate. *l. 3. pr. d. SC. Mac. l. 19. eod. l. 1. C. eod. Add. Dicast. d. l. n. 44, 46. & seqq.* Si duos acceperim reos filiosf. & in altero tantum erravi: intererit ad quem pervenit pecunia: si enim ad illum pervenerit circa cuius statum erravi, exceptione SCti non summovebor, si ad illum quem scivi, non æquè. *l. 7. §. 10. d. SC. Mac. (2.)* si simulavit se patremf. & Creditori erranti dolo hoc persuasit. *l. pen. ff. d. 1. l. 1. C. eod.* & condemnatur, quamvis non possit sine gravi rerum solvere iacturà *l. 10. ff. de rejud. (3.)* si acceperit studiorum causâ, tunc itidem tam Error quàm Scientiâ non nocebit Creditori. *l. 7. §. 13. d. SC. Mac.* præsumitur enim hic Patris voluntas Magn. Dn. Franzk. *add. l. 1. d. SC. Mac. n. 16.* & consensus Patris interpretativus. Dicast. *d. l. n. 58.* si ad eam usque quantitatem, quam Pater subministrare solebat *d. l. 7. §. 13.* & ejusdem Pietas non recuset *l. 5. C. eod.* (licet avarior Parens recuset. Magn. Dn. Franzk. *d. l. n. 17.*) probabilem modum in mutuo non excessit *d. l. 7. §. 13. l. 47. in f. d. solut. vel excessit in aliquid, si parens admodum avarus Magn. Dn. Franzk. d. l.* Præsumitur enim Filiusf. non in aliud, quam in studia impendere expensas, exemplo militis, qui non in aliud quam in causas castrense *l. ult. in f. C. ad SC. Mac.* nec vento vivere, cum liberali hominis studio imbui meritus est *l. ult. C. d. al. pup. prest. (4.)* si Filiusf. Paterf. factus Mutuum ex errore Juris confirmaverit *d. 7. in f. l. 8. ff. d. SC. Mac.*

In Depo-

XCIX. In Deposito (quod dicitur aliàs Commendatum *l. 186. d. V. S. l. 24. ff. Depos. l. 6. & 9. C. d. t. Græc. ὑποθήκη, Germ. Beylage oder Niederlage / hinterlegtes Gut*) non est ob-

jectum ad æquatum res propria: ideoque nec dabitur Actio Depositi *l. 15. ff. d. t. l. 31. §. 1. vers. si: tamen. eod.* Hinc facilis inquisitio in casum elegantissimæ atque celeberrimæ *l. 31. §. 1. Depos.* Si res nimirum furto oblata, apud verum earundem Dominum ex errore deponantur *d. l. 31. §. 1. vers. Et si: ibid. ratio in §. 1. l. 15. eod.* Et si enim Dominus ex errore rem propriam restituerit, attamen tanquam indebitum solutum poterit condicere *d. l. 31. in f. In Stipu-*

C. In Stipulationibus, cum intervenire debeat con- *lationibg.* venientia responsionis ad interrogata *§. 5. J. d. inut. stip.* ne de capis interrogatus respondeat de alio, omninò nocet Error si

de aliâ re stipulator senserit, de aliâ Promissor. Nulla enim con-
trahitur obligatio, perindè ac si ad interrogata responsum non
fuisse §. 22. *J. d. inut. stip.* fundamentum enim & forma stipula-
tionis est interrogatio, & congrua ad interrogata respõsio *add. l.*
1. §. 3. d. V. O. consensus etenim & hic requiritur *l. 1. S. pen. ff. d.*
pañ. l. 57. d. O. & A. l. 83. §. 1. h. 37. §. 1. d. V. O.

CI. Idem iudicium esto, si quis ex errore rem suam fuerit
stipulatus §. 2. *J. cod. l. 1. §. 10. d. O. & A. l. 82. pr. d. V. O. l. 29. §. 1.*
cod. per ut. in §. 17. J. d. Añ. ut & illam rem, quæ in rerum nat-
urâ non est, vel esse desit §. 1. *J. d. inut. stip.* vel quæ non est in
commercio §. 2. *J. cod.* et si ex post facto incepit in commercio
hominum esse §. 2. & 3. *d. t. l. 83. §. 5. d. V. O. ut. est in d. l. 83. §.*
5. ut res sacra, religiosa & sancta, publica &c. d. §. 2. l. 1. §. 9. d.
O. & A.

CII. In Emt. & Venditione, Error in Substantialibus vel est
circa rem, vel circa personam, vel circa pretium, vel circa causam
Contractûs.

In Emt. &
Venditio-
ne.

CIII. ERROR circa rem est vel TOTALIS, quando dissensus
est in corpore toto vel individuo. *l. 9. pr. ff. d. contr. Emt. l. 4. d.*
leg. 1. quia nulla est Connexio objecti, voluntatis cum illo, quod
in veritate est, nec subest aliqua circumstantia, quæ transeat in-
rationem subjecti, neque in essentia, neque in substantia materiæ
circa quam. *Mich. d. Lun. & Ar. lib. 2. d. nat. imp. c. 7. n. 27. Conf.*
Eichel. in comm. ad R. J. c. 9. n. 24. vel PARTIALIS, circa substanti-
am, si materia planè sit diversa & pars altera essentialis ignore-
tur. *d. l. 9. inf.* ut si æs pro auro veneat, plumbum pro argento *d.*
l. 9. §. 2. l. 24. in f. si mensa cooperta argento s. operimento tan-
tùm & laminâ argenteâ tecta & vestita, pro solido argento *l. 41.*
§. 1. cod. Conf. Bonacina tr. d. Contr. disp. 3. q. 1. punct. 2. §. 1. n. 5.
Diversitas enim materiæ, quamvis non diversitatem corporis,
attamen diversitatem rei inducit, cum unaquæque res ex suâ
substantiâ i. e. materiâ & formâ, quæ totam rem componunt,
æstimetur. *Mæstert. l. 2. d. J. Rom. LL. dub. 30.* Et hæc deceptio
apertè contra naturalem est charitatem & veritatem, quam quis
proximo suo debet, quæ gravior erit cum damno & præiudicio
proprii patrimonii *Franc. d. Amaya in lib. X. c. t. cond. in publ.*
horr. l. 1. n. 11.

CIII.

CIV. Q. hic si Acetum pro Vino vendatur, an valeat Em-
tio? Dist. Consultus d. l. 9. §. 2. vel vinum acuit, vel non, sed ab
initio fuit Acetum. Priori casu valere Emptionem, eandem enim
propè *griav.* l. substantiam vini remanere: posteriori verò non,
sed aliud pro alio venivisse. Conf. hic Mastert. d. l. quæ tamen
distinctio non sapit palato Molina *disp. 350. n. 17.* Distingui. itaque
cum Dn. D. Hahn. *ad h. r. n. 5.* inter acetum ipsam ex vino & vi-
num acidum, quod hoc sit vinum, non illud l. 6. *pr. d. peric. &*
comm. rei vendi. ita ut vino vendito si acetum reperiatur, Contra-
ctus sit nullus, secus si vinum acidum.

CV. Emptio etiam rei suæ si erroneè s. scienter celebrata
non valet l. 6. *ff. d. contr. Empt.* & nulla est Emptio in tuâ per-
sonâ rei tuæ l. 22. *§. 3. inf. ff. Mand. l. 40. pr. d. pign. act.* nullum
enim Emptori acquiritur Dominium, cum jam antea illud habeat.
Dicast. *lib. 2. r. 9. Disp. 1. dub. 1. n. 51.* nisi sub conditione, quia
fortè sperat suum esse desinere ut existimat Consultus in l. 61. *d.*
contr. Empt. Secus de re aliena l. 36. *ff. d. Usuc.* Evincitur tamen res
& auferitur Emptori l. 28. *d. contr. Empt.* Add. Dicast. *d. l. num. 42.*
§. 99.

CVI. Error in Sexu itidem est circa substantiam atque ita
nocet. l. 11. *inf. d. contr. Empt.* Etsi enim Sexus, quoad hominem
naturaliter consideratus, qualitas quædam sit, si tamen non ho-
mo præcisè, sed in statu suo tali in Emptionem veniat, ille materia
rationem habet, & proinde ad substantiam masculi vel feminæ
pertinet. Errorque is circa substantiam in effectu admissus esse
sensetur. Magn. Dn. Franzk. *ad d. r. n. 63.*

CVII. Error in personâ Emptionem nullam reddit indi-
stinctè v. g. si emam à furioso l. 6. §. 16. *pr. Empt.* vel ab eo cui bo-
nis interdictum l. 26. *ff. d. contr. Empt.* vel ab eo cui diminuendi
potestas nulla d. l. 26. Vid. Magn. Dn. Franzk. *comm. ad d. r. n. 39.*

CVIII. Error in precio itidem vitiat Emptionem. l. 9. *pr. d.*
r. v. e. si 100. aureis tibi vendam fundum, tu existimes te emisse
pro 50. si verò Emptor assereret majus fuisse, venditor minus,
quod certè facile non continget, valet venditio, & statur pretio
minori. *arg. l. 52. d. loc. & cond.*

CIX. Error circa causam contractus est, si ego à te emen-
di cau-

di causâ quid interrogem, tu animo permutandi aut locandi
promittas. *d. l. 9. Magn. Dn. Franzk. d. l. n. 77.*

*In Locat.
& Cond.*

CX. In Locatione & Conductione nocet Error, si erro-
rum fuerit in pretio *l. 52. ff. Loc. Cond.* quia & hic Contr. con-
sensualis est. *l. 1. ff. eod.* vel in re propria conductâ *l. 20. C. d. Loc.*
Inscientia enim Domini proprii & errantis, nullum habet con-
sensum, nemoque sibi ipse Jure poss. potest mutare *l. 23. C. eod.*

*In Socie-
tate.*

CXI. In Societate adversatur Error ejusdem substantiæ, si
putet quis se contraxisse ut lucrum tantum, non etiam damnum
sentiât. Societas enim hæc Leonina, & iniquissimum genus So-
cietatis, ex quâ quis damnum, non etiam lucrum spectat *l. 29. §.*
ult. in f. ff. pro soc. Lucri enim & damni par debet esse ratio *l. 55.*
ff. d. t. l. 2. §. 9. d. ber. vend. l. 10. d. R. J. Et ubi periculum, ibi &
lucrum collocetur *l. f. §. 3. in f. C. d. furt. l. 24. pr. Soc. Conf.*
Grot. l. 2. d. J. B. & P. c. 12. n. 24. circ. f. Aug. Barb. Ax. Jur. 63.
n. 2. Dicast. l. 2. tr. 13. Disp. 1. dub. 1. n. 11. Ludov. Post. dec. 35. n. 7.
Rom. R. & dec. 62. n. 7. Rectè verò contrahitur Societas, si unus
operas præstet alter pecuniam *l. 1. C. pr. Soc. Grot. d. l. supplet.*
enim pauperior, operâ quantum ei per comparisonem patri-
monii deest *l. 5. §. 1. ff. eod.* & plus aliquandò Societati confert
industria Socii, quam pecunia *l. 29. §. 1. l. 80. eod. §. 2. f. b. t.* Pre-
tium enim operæ artis est velamentum, uti consignanter ait Con-
sultus *in l. 52. §. 2. d. t. Conf. Dicast. d. l. n. 10.*

*In Per-
mutatio-
ne.*

CXII. In Permutatione nequit aliena species s. scienter s.
erroneè intervenite *rx. in l. 1. §. 3. ff. d. rer. perm.* contractus enim
hic datione perficitur *l. 1. §. 1. eod. b. e.* Domini illius, aut juris
illius, quod tradens habet, translatione. Paria itaque sunt rem
non dare, aut dare, quæ postea evincatur. *arg. §. 2. f. d. satisf.*
Tut. l. 6. ff. qui satisf. cog. evincitur enim extemplo à Domino
vero *l. 1. C. d. rer. perm.* Qui autem primus rem alteri dedit, ha-
bebit conditionem ob causam dati, causâ non secutâ, ad reci-
piendam rem suam *d. l. 1. §. 4. ff. eod. Dn. D. Hahn. ad d. t. n. 9.*
In contrarium abstrahuntur *Bach. ad. d. l. 1. & Mæst. d. Just. Rom.*
LL. l. 1. dub. 3. De Jure Canon. nequeunt permutari res merè
temporales cum spiritualibus c. *questum 5. d. rer. perm.* (idem
dicitur *N. 7.* quod tamen iterum restrinxit *Imp. N. 53. cap. 1. ne extra*
impe-

imperium fieret permutatio) sed spiritualia cum spiritualibus, accedente superioris auctoritate c. 6. eod. Ceterum contractus hic permutationis, ille ipse est, qui aliàs solet appellari Contractus. Do ut des. Dn. D. Hahn. d. l. n. 10. Diversitas à nobis Wesemb. t. d. Rer. Perm. n. ult. multasque horum Contractuum inter se Discrepantias, longo agmine introducit Anton. Fab. in conject. suis l. 6. c. 9. in f. & qui hunc præfractè tuetur Schifferdeck. libr. 2. Disp. for. ad Fabr. tr. 3. q. 2. § 3. Conf. Magn. Dn. Franzk. ad t. d. præscr. verb. n. 24. Refertur itidem ad hunc Contractum CAMBIVM (quod est vel reale vel siccum Joh. d. Dicast. libr. 2. tr. 12. disp. 1. dub. 1. n. 8.) & illud negociationis genus Populis Borealibus usitatissimum, quod illis barbarè dicitur BARAPTUM, adhibito distinctu Trentleri. vol. 1. Disp. 30. tb. 5. lit. A.

CXIII. Demonstravimus quantum licuit nobis, Error in Contractuum Substantialibus. Error in eorundem Accidentalibus regulariter non officit. Ut in Deposito, si Depositarius rem Contractu depositam ex errore restituerit Domino putativo, per casum l. 1. cident. § 32. ff. Depof. Aget hinc verus Dominus cum Domino putativo & præsumto, ut eadem res deposita rursus ei exhibeatur. Deposito d. l. 1. § 32.

CXIV. Sic non nocet in Contractu Pignoris: circa quod *Pignore*
Quæ. An reconualescat pignus, si Domus pignori data fuerit exusta, illamque aream ex errore atque ita bona fide emerit Titius? Et respondit Paulus manere persequutionem pignoris: hac addita limitatione, ut bon. fid. Possessori Titio, sumtus in exstructionem erogati restituantur l. 29. §. 2. ff. d. pign.

CXV. Emtioni & venditioni Error in qualitate materiæ nõ *Emt. & vendit.*
cõtrariatur Magn. Dn. Franzk. ad t. d. contr. Emt. n. 51. v. c. si viriola (mentionem iniecit ejusdem l. 25. §. 10. l. ult. §. 2. d. aur. arg. leg. Plaut. in Truc. A. 2. sc. 2. v. 17. fuit autem ornamentum manuum Gorb. ad l. 14. ff. d. Contr. Emt. idem quod armillæ & brachionaria: Cujac. generaliter explicat de genere ornamentum 2. obs. 4.) vel viria Id. Cuj. 10. obs. 17. aurea fuerit vendita ex magna tamen parte ænea inveniatur d. l. 14. d. contr. Emt. non ob id rescinditur venditio. Auri enim aliquid habuit viriola, & sufficit in aliquâ parte rei venditæ verum intervenisse consensum contrahentium. Gorb. in not. ad d. l. 14. Lit. A. saltem illius partem

ris, quæ aurea est. Emtio verò quæ pro parte valet, in totum valere necesse est *l. 64. d. contr. Emt. l. 139. d. V. O. Mæstert. L. 2. d. Just. Rom. LL. dub. 30.* Quantitas enim nihil ponit in esse auri, est enim quantitas molis, quæ est accidens occupativum loci, uti definiunt Logici: Igitur in substantiâ idem objectum est, quod fuit præsentatum voluntati. Et quamvis in contractibus civilibus, plerumque voluntas magis tendat in quantitatem molis, quam in perfectionem & essentiam rei: hæc tamen conditio nihil ponit in esse illius, quod factum est, quoniam non est conditio essentia sed quantitatis: & tunc licet reddatur actus injustus, non tamen nullus uti patescit *ex xx. l. 6. §. 4. d. act. Emt.* deinde, quia Objectum, quod propositum fuit voluntati, habet aliquem connexionem cum illo quod fit, vel in veritate est, tunc non deficit voluntas, licet indirecta: quæ etiam voluntas est, & perfectitum humanum Mich. d. Lun. & Ar. *l. 2. d. rat. imp. cap. 7. n. 25. §. 39.* Neque obloquitur nobis *l. 41. §. 1. d. contr. Emt.* quia in *d. l. 41.* interposita fuit fides humana, cui Emtor credidit, in casu verò *n. l. 14.* tam Emtor quam venditor atq; ita uterque erravere per imprudentiam, hujus Erroris causam. Conf. d. Mich. d. L. & A. *d. l. n. 24. §. 26.* Eodem modo se res habet, si vestimenta interpolata s. interpolata (vetulas interpoles nominat Comicus, quæ vitia corporis fucò occulunt. *Mostell. A. 1. sc 3. v. 117.*) pro novis quis emerit *l. 45. pr. ff. d. contr. Emt.* si aurum deterius sit, quam Emtor existimaret *l. 10. ff. cod. V. C.* si aurum Emtor putet esse Hungaricum, cum tamen sit Rhenanum. Error enim Emtori prodest, qui non cadit in hominem supinum *l. 15. §. 1. d. r. Mich. d. Lun. & Ar. d. l. n. 24. inf.* si verò intersit Emtoris errantis tenebitur venditor ad interesse. *l. 62. §. 1. ff. cod. l. 21. §. 2. d. act. Emt.* Idem itidem dicendum, si in accessionibus rei erretur venditæ *l. 34. d. contr. Emt.* Consule Magn. Dn. Franzk. *ad. d. t. n. 69.*

CXVI. Si in qualitate sexûs feminei & ejus conditione erretur, Error non obstat contractui, cum ego me virginem emere putarem, cum jam esset mulier *l. 11. d. contr. Emt.* Dabitur tamen actio ex Emto, ut pretio restituto mulier reddatur. *l. 11. §. 5. d. act. Emt.* Mich. d. L. & Ar. *d. l. n. 37. §. 38.* servile enim corpus æstimationem recipit, & id quod Emtori propter virginitatem amissam abest, aliter resarciri potest Magn. Dn. Franzk. *ad. d. t. d. contr. Emt. n. 64.*

CXVII. Si

CXVII. Si quis ex errore Militi, quasi Pagano fundum *Locat. & Conduct.*
locaverit, valet Locatio: non enim contemnit disciplinam, qui
ignoravit militem *l. 50. ff. Loc. Rat.* hujus prohibitionis erat,
quod Armis, potius debeant occupari, quam privatis negociis
N. 116. inf. quorum peritiores esse debent quam *LL. l. 22. pr. C. d. Jur. del. l. 1. C. d. 7. & F. 7.* ne omisso armorum usu ad opus
ruestre se conferant *l. 31. C. d. Locat.* relictisque studiis publi-
cis, signisque victricibus, ad conductiones alienarum rerum pro-
filiant *l. ult. pr. C. eod.* atque vicinis graves, praesumptione cinguli
militaris existant; & ita armorum atrocitatem non in hostes ostē-
dant, sed contra vicinos, vel miseros colonos *d. l. ult.* Arma verò
praesidio & solatio Reip. inventa, non debent converti in ejus ex-
cidium & desolationem s. ut Pontifex *in c. 12. X. d. pan.* loquitur,
quod ad defensionis subsidium est inventum, ad depressionis
dispendium non debet retorqueri. Adeatur si cui allubescit Dn.
Joh. Otto Tabor. *comm. ad r. C. d. Met. & Epid. c. 1. n. 3. seqq.* Nume-
ris igitur & signis suis jugiter inhaerentes, Reipubl. à quâ alun-
tur, ab omni bellorum inecessitate defendere tenentur *l. 31. C. d. Locat. l. 15. pr. C. d. re mil. l. 16. ff. eod. Conf. N. 149. c. 2.* Privantur
ob id autem atque cadunt Militiâ, si se à conductione rerum
alienarum, non noverint temperare, fiuntque ex militibus pa-
gani, ex decoratis infames constituti verba sunt *d. l. ult. l. 13. C. d. re mil.* Extendimus hoc, ad Militem in Militiâ divinæ legiones
receptum, uti loquitur Imp. Leo. *N. 8.* qui omnibus derelictis,
Dei omnipotentis ministeriis debet inhaerere *l. 52. §. 1. C. d. Episc. & Cler.* neque Dei servitio humanas praeserre cogitationes *l. 53. §. 1. vers. quoniam eod.* cum absurdum sit clericis, immò & oppro-
briosum, si peritos se velint ostendere disceptationum forensium
l. 41. inf. C. d. l. 23. C. d. testam. taliter enim promiscuis acti-
bus rerum turbarentur officia *d. l. 23.*

CXVIII. In Mandato Error excusabit Sempronium, si Titius A- *Mandato*
dolefcens luxuriosus ei mandet, ut pro meretrice fidejubeat vel
ei pecuniâ credat *l. 12. §. 11. ff. Mand.* non si scienter: neque hinc
Sempronio competet Mandati actio *d. l. 12. §. 11.* simile enim est
quasi pedituro, pecuniâ crediderit Sempronius *d. l. 12. §. 11.*

CXIX. Porro, cum mandatû solvatur, vel voluntate contrariâ, &
quidem

quidem re adhuc integrâ l. 12. §. 16. ff. Mand. omnino remanebit Mandans actione contrariâ obligatus, si erraverit in voluntate mutata V. C. mandatam tibi sit à me, ut fundum emerem, postea te illum emere vetuissem, tu nescires hoc, atque ex Errore fundum emas l. 15. ff. cod. Non debet enim damno affici is, qui suscipit mandatam d. l. 15. Vel extinguitur Morte l. 26. pr. ff. d. 1. cum vita enim ejus voluntas expirat Magn. Dn. Franzk. ad. 1. Mand. n. 93. Si itaque Mandatarius circa Mandantis erret fata, & susceptum perficiat mandatam, non obstabit illi Error, quo minus actionem contra heredes, utilitatis causâ possit habere d. l. 26. probabilis enim illi & justus Error damnum adferret §. 10. f. Mand. qui nemini debet esse fraudi l. 9. ff. d. 7. & f. f. Exemplum est in d. l. 26. §. 1. secus si sciverit l. 19. §. 3. inf. ff. d. Donat.

In Contra- CXX. In Contractu innominato Do ut Facias. *Quar. An in eo*
Et Do ut *Conrr. etiam sit Actio de Dolo?* Et distinguit Consultus Paulus
Facias. in l. 5. §. 2. f. inf. ff. d. præscr. verb. ut V. C. si sciens servum tibi alienum dederim, ut tu proprium manumitteres, experiri tecum, possim actine de dolo, non verò, si ex Errore. Dabitur tamen actio in factum civilis, servo evicto d. l. 5 §. 2. inf. Neque inimicit nostrum tx. l. 7. §. 2. d. pact. etsi amplè Dd. hic versentur dividia. Cõciliaturam eruditè manifestam ostendit Nobiliss. Dn. Præses *Disp. II. 19. th. 17.* Cui cæteris plaudere jussis, pollicem premimus.
Facio ut CXXI. In Contractu Innom. Facio ut facias, si per errorem operæ
Des indebitæ fuerint data, repetuntur eæ per actionem ex hoc contractu emanantem Præscriptis Verbis. l. 25. *ibid.* Goth. ff. d. *præscr. verb.*

Assicura- CXXII. Contractus Assurationis (Assicurare vox Italica, Gall.
tionis. asseverez undè Assurers & Assurers illi, qui securitatem promittunt) de quo videatur Dicast. *lib. 2. tr. 16. Disp. 1. dub. 3. per tot.* nihilominus obtinet quamvis post secutum, sinistrum fiat casum, si modò partes hoc ignoravere, & non aliter credideres adhuc esse in salvo. Contraversum si alter sciverit periculum subesse, contractus de jure nullus, ob paritatem & damni incertitudinem quæ hujus Contr. sunt requisita. Joh. de Dicast. *d. l. n. 74. 79. & 81. Grot. d. J. B. & P. L. 2. c. 12. n. 23.* Attamen de facto sæpius occurrit contrarium Conf. Scaccia *Tr. d. Commerc. §. 1. quest. d. Affec.* CXXIII. Etsi

CXXIII. Et si ex errore putaverim, à te mihi negocia de- *Negoc. ge-*
mandata, ea que gessi, nihilominus dabitur actio neg. gelt. l. 5. pr. sione.
ff. d. neg. gest. idem, si existimaverim Titii negocia esse, qua tamen
fuere Sempronii d. l. 5. §. 1. Idem, si ex errore quis quasi ser-
vus meus negocia gesserit, cum tamen fuerit libertus vel inge-
nuus l. 6. §. 5. d. 1. Idem in casu d. l. 6. §. 7. & 8. ob summam rati-
onem, ne absentium, qui subitâ festinatione coacti, nulli de-
mandatâ negotiorum suorum administratione, peregrè essent,
profecti, deterentur negocia: qua sanè nemo curaturus esset,
si de eo, quod quis impendisset, nullam habiturus esset,
actionem §. 1. f. d. O. qua qu. ex contr. l. 5. pr. vers. ideo autem ff. d.
O. & A. et si erraverit. Cum aliàs possimus ignorantis conditio-
nem meliorem reddere, non verò deteriorem. l. 39. d. neg. gest. t.
§. 5. ff. d. O. N. N. l. 2. ff. quod vi aut cl. l. 74. d. R. 7. & officium
suum nemini debeat esse damnosum l. 7. ff. Test. quemad. ap. l. 61.
§. 5. ff. d. furt. arg. l. 29. ff. ex quib. caus. maj. Conf. Magnus,
Nobilissimus atque Amplissimus Dn. Christophorus Philippus
Richter | J. Crus atq. Antecessor Excellentissimus, p. r. Academia
hujus Prorektor Magnus, Comes Sacri Cesarii Palatii splendidis-
simus, Consiliar. Saxonicus gravissimus, Incluti Collegii Juridici Se-
nior spectatissimus & c. Dn. Praeceptor atque Promotor singulari ob-
servantiâ devenerandus, Comm. noviss. in C. Regg. Jur. sparsim ex
Corp. Jur. depromt. reg. 70. per tot. Tum demùm verò concedetur
Negotiorum gestori actio, si utiliter negocia gesserit l. 10. §. 1. d.
neg. gest. Hinc ob contradictû, Proculus deridendum se propina-
vit Celsò, referente Ulpiano in d. l. 10. §. 1. (uti derisus Nerva in
l. 9. in ff. in quib. caus. pign.) Quid, si putet, se utiliter gerere, &
Patris expedire? Et rectè iccirò ei denegatur ab eodè in d. l. 10. inf.

CXXIV. Proderit Negotiorum gestori Error ad ufucapi-
 endam rem Domini, quam ex errore emit. l. 19. §. 3. d. neg. gest.
 adhibitâ tamen propositâ inibi cautelâ. Non proderit, si per Er-
 rorem indebitum solverit sibi enim hoc imputabit l. 23. eod. Plu-
 ra hujus feminis cupitori occurrent t. r. ff. d. neg. gest. nobis non
 integrum talibus longiùs indulgere.

CXXV. In Tutelâ administratione, si per errorem Tu- *Tutela ad-*
 tor ab eâdem se abstinerit, non agitur res cum periculo; secùs si *ministra-*
scien- tione

scienter cesset *l. 1. §. 1. ff. d. adm. Tut. l. 17. ff. eod. l. 19. C. eod.* in-
notescere verò, se Tutorem esse constitutum, qualiter qualiter
sufficit, ut inquit *l. 5. §. ult. ff. d. t.*

Et Cura CXXVI. Minor ex adpectu Corporis falsò probavit æ-
tate in perfectam, Præsidi: Curatores intelligentes Errorem, per-
severant in administratione. Solutæ intereà Adolescenti pecu-
niæ, quas ille malè insumit. Quærit Consultus in *l. 32. ff. d. mi-
nor. cujus sit periculum: & quidem si curatores quoque errassent,
& abstinuissent se ab administratione, an periculum temporis,
quod post probatam ætatem cessit, ad eos pertineat? Decidit sta-
tuitque Jctus, Creditores, debita exsolventes Jure ipso liberari:
Curatores verò scientes eum minorem esse, & in Curatione atq;
administratione perseverantes omninò teneri, neque enim de-
buisset pati Minorem accipere pecunias, Secus si Decreto Præsidis
credidere, & administrationem cessere. Probatam verò ætatem
veteribus animis, adpectu fuisse, indicaturam habemus ex *d. l. 32.
pr. & l. 3. pr. C. si Min. se maj.* non quidem necessariæ partis, uti so-
mniat Cujac. *ad d. t.* quod nunquam nobis sedit, verecundamur
enim hoc Veterum Verecundiæ adscribere; atque tum crede-
mus, cum tanti vitreum, quanti veram Margaritam. Spectarunt e-
nim tantum externam corporis firmitatem atque robur. Neque
gravis nobis adversaria constituta in *l. 3. C. quand. Tut. vel Cur.
Conf. Libri βασιλικῶν Libr. 38. Tit. 19. l. 3. Add. Revard. 4. Var. 10.
ex 3. eo Goth. ad d. l. 3. lit. a. Meß. d. 7 LL. Rom. L. 2. dub. 16. Diff.
Aug. Barb. in Coll. ad d. l. n. 3. ex Timq. l. 4. conn.**

*In Com-
munione
Rerum &*

CXXVII. In Communione Rerum, si quis ex errore pu-
tet sibi fundum cum Titio communem esse, fructusque percepit
vel sumtus fecit, cum esset cum alio communis, dabitur illi actio
utilis de communi dividundo *l. 6. pr. ff. d. comm. div.* Indifferens
Error hic est in Communione Rerum, quæ ex titulo universali
pertinet. Opinatio itaque heredi, quod solutam est, non repeti-
tur, ob summam autoritatem rei judicatæ *l. 36. ff. fam. ere.*

Finium.

CXXVIII. In Communione Finium Error in instrumento
aut aliâ dispositione commissus, illam dispositionem irritam
non efficiet. *Felin. ad c. 13. n. 12. d. probat.* nulla igitur dubietas,
quin adhuc congruâ fundorū divisione, vel mutuâ adjudicatione

l. 2.

l. 2. §. 1. l. 3. l. 4. ff. fin. reg. fines distinguantur, atque ita Domino
res sua restituantur. l. 8. pr. ff. eod.

CXXXIX. Diximus in genere, in quibus Error Contractum *Error in*
reddat invalidum, in quibus non. Sigillatim, occurrit in Emtio- *specie, in*
ne & Venditione, quod Liber Homo, locus sacer atq; religiosus, *Vend. &*
ut & res publica, possint emi ex errore l. 4. ff. d. contr. Emt. Conf. *Emt.*
l. 33. d. lib. caus. sequiùs si scienter l. 37. §. 2. eod. limitamus tamen,
ut non transferetur in Emtorem Dominium, sed solum præste-
tur interesse Emtori decepto §. ult. f. eod. l. 62. §. 1. ff. d. t. Fuisse
autem certum locum in quo liberi & ingenui se venales postula-
rint, frustra ex l. 17 §. 12. d. Ed. Ed. colligit *Revard. 2. Conj. 8.* lo-
quitur enim d. l. 17. §. 12. de Servis. Quod si enim certus locus, li-
berorum hominum venditioni fuisset constitutus, quanam pro-
babilis potuisset obtendi ab Emtoze Error. *vid. Hill. 2. Comm. 9.*
Lit. O. Nec absentit locus Comici in *Curcul. A. 4. Sc. 1. v. 21.* ubi
Tuscus nominatur Vicus. Intelligit enim ibi Lenones & Scorta
palàm venalem formam exhibètia uti dicitur in l. 22. C. ad. L. Jul.
d. Adult. eadem ratione, quâ Uxor dicitur mercalis l. 5. C. d. cond.
ob turp. caus. Confirmat nos locus Cistell. *A. 2. Sc. 3. v. 20.* ubi
per Tuscum modum nihil aliud intelligit *Taubm. in not.* quam nu-
meros lascivos in re venercâ, variaque libidinis schemata.

CXXX. Indiscriminatim quod de libero homine, loco
sacro, religioso &c. diximus, adfirmamus etiam (1.) de re litigiosa
l. 2. §. ult. ff. d. litig. l. fin. C. eod. quid ea sit exponit *N. 112. cap. 1.*
Auth. litigiosa C. d. t. Excipitur servus qui rem Domino compa-
ravit litigiosam. l. 1. ff. d. t. *Dn. D. Habm in obs. ad d. t.* (2) furtivâ
respectu Domini l. 2. §. 5. C. d. furt. non verò contrahentium,
adhibitâ distinctione l. 34. §. 3. contr. Emt. (3) Armis, Hostibus
imperii regulariter vendi prohibitis l. 2. C. quæ res exp. nisi pro
hoste patriæ quis velit haberi ac proinde puniri: neque dis-
tinguo inter Arma offensiva & defensiva. *Aug. Barb. Collectan. ad*
Lib. IV. Cod. t. quæ res exp. L. 2. n. 3. 4. & 5. Pontifex quotannis
die viridium inter alios & hos excommunicationis fulmine fe-
ferit, qui arma communi Christianæ Gentis Hosti deferunt uti
refert *Sleidan. lib. 2.* In simili censu consistit (1) Venenum. l. 35.
§. 2. ibiq; rat. ff. d. contr. Emt. excipitur illud, quod adjectione
alte-

alterius materiae usum nobis præbet *l. 236. §. 1. P. S.* ut Antidotum, cujus identidem meminit *l. 5. inf. ff. d. pen. leg. (2)* Frumentum Exercitui devotissimo, *l. 6. pr. C. d. Erog. mil. Ann. l. 17. pr. eod. l. 2. C. d. excoct. & transl. Ann. l. 2. C. d. cond. in publ. horr. mislum l. fin. quæ res ven. non poss.* Germ. dicitur *Commis. Conf. hic Aug. Barb. d. l. Tit. quæ res vendi & c. L. ult. n. 1. & seqq.* Erat autem Annona militaris, Buccella, (Gallis Biscuit, aliàs Buccellatum *l. 2. C. d. ex coct. & transl.*) Acetum, Lardum atque caro vervecina, uti hæ species enumerantur in *l. 1. C. d. Erog. Mil. Ann. quæ dicebantur uno nomine Condita l. 4. & 5. C. eod. Franc. d. Amaya in Libr. X. C. t. d. cond. in publ. horr. n. 12.* cumque eo Nobiliss. Dn. Præf. *Disput. d. Annon. rh. 16.* vel species horreaticæ uti constat ex *l. ult. C. d. cond. in publ. horr.* Asservabantur enim species annotinæ in horreis publicis, & ex illis militibus erogabantur. *t. t. C. d. cond. in publ. Horr.* Hinc de facili patet, cit, errasse *Goth. in not. ad d. l. 5.* & Annonam militarem, minimè delicatam fuisse, sed sobriam & frugalem *Franc. Baldwin. libr. 2. Comm. d. LL. Const. M. p. 99.* Comparabatur autem præcipuè vis illa frumenti ex Africâ atque Ægypto, quæ bina horrea Pop. Rom. fuere. *Lips. l. 1. Elect. c. 8. Dempst. in l. 7. antiq. Ros. c. 38.* juxtaque cum illis Nobiliss. Dn. Præf. *d. disp. rh. 14.* Hinc suasit Antonius apud *Tacit. l. 3. Hist. c. 9.* Vespasiano, ut Ægyptus claustra annonæ obtineatur, ita Vitellii Exercitum ad deditionem coactum iri. Vocatur aliàs fecunda Annonæ *Id. Tac. L. 1. Hist. c. 11.* quæ clausis annonæ subsidiis fame posset urbem urgere *Id. 3. hist. 48. in f.* Hanc igitur ob causam Romani aggerum nili exquisitissimam habuere rationem *l. un. C. d. agg. Nil. non rump. l. pen. d. crim. extr. mord.* (3.) Purpura s. sacri Muricis vellus, cujus distractio privatis interdicta *l. 1. C. quæ res vend. non poss. tum,* quod erat insigne ac peculiare Imp. *Conf. Salmuth. in not. ad Panc. L. 1. tit. d. Hab. Imp. p. 399. & d. Purpur. p. 13.* tum, ob excessivum pretium *Morl. in Empor. Jur. Civ. part. 1. tit. 9. in præmiss. n. 110.* exque eo August. *Barbos. d. tit. L. 1. n. 3.* Hinc Purpurarii erant, qui Purpuram Imp. negotiabantur. *l. 4. l. f. d. vest. hol. d. l. 1. C. quæ res.* *Franc. Amaya ad Libr. X. C. t. d. Exc. Mun. L. 7. n. 3.* in tantum verò fuere talia pallia conchylii cruore infecta

l. 4.

l. 4. C. d. vest. hol. privatorum exempta commercio, ut nec segmenta aut frustula illius, etsi neque ementi, neque vendenti usui esse possent, in mercimoniis esse potuerint, *N. Leon. 80.* ut verita, atque indebita eorundem indumenta *l. 2. in f. C. d. t. & quæ soli principi ejusdemque domui dedicantur l. 4. C. d. t.* Quia verò segmenta atque frustra vendi, nihil Imperatoriæ Majestatis eminentiæ advesetur, *d. N. 80.* abrogatum à Leone Imp. superiorum Imp. Decretum. Decet enim Imperatoriam Majestatem, cum aliis multis modis subditos beneficiis adficiat, eorum magnificentiæ non invidere *d. N. 80. inf.*

CXXXI. Nascitur ex Emtione & Vend. Actio Emti & Venditi. Ut autem venditor condemnatur ex Emtio, distingv. inter ejus scientiam & Errorem. *l. 13. pr. ff. d. act. Emt.* ut V. C. si ex errore vendiderit pecus morbosum, id tantum ex pretio recuperabit Emtor, quanto minoris si vitium scivisset, erat emturus. *d. l. 13. pr.* si scienter vitium rei venditæ reticuit, omnia detrimenta, quæ ex eâ Emtione Emtor contraxit, præstabit. Exempla occurrunt in *d. l. 13. inf. pr. d. l. 13. §. 1.* significare enim debet vitia rei emtæ nota *l. 1. §. 1. d. act. Emt.* quod congruit Jure naturæ *Grot. L. 2. d. J. B. & P. C. 12. n. 9. pr. Conf. Val. Max. L. 8. c. 2. Ex. 1.* Non videtur autem celatus Emtor, si antea sciat *l. 1. inf. d. act. Emt.* vel vitium facili negotio possit deprehendi. Magn. Dn. Franzk. *ad t. d. ed. Ed. n. 56. Dicast. L. 2. tr. 9. Disp. 4. dub. 2. n. 10. & seq.* Quid si autem ex Errore putet rem non esse vitiosam, illamque talem adseveraverit Venditor? Resp. Error hic illum non excusabit *d. l. 13. §. 3.* non debuit enim facile, quæ ignorabat, adseverare, nec facilis esse ad temerariam indicationem *d. l. 13. §. 3. f.* ad verbosam rerum venalium commendationem, quâ venditores Emtorem hiantem inducere volunt. Similiter statuendum in casu *d. l. 13. §. 4.*

CXXXII. Si Emtor erraverit circa Equû, putans eum non esse castratum, venditor verò sciat, itidem datur actio quanti minoris *l. 38. §. 7. inf. ff. d. ad. Ed.* ubique enim curant Ediles, ne Emtores à venditoribus circumveniantur *l. 37. d. t.* Jure Sax. Venditor Equi de tribus saltem vitiis tenetur, 1. daß es nicht stätig / 2. nicht Staarblind / 3. nicht Haarschlechtig Weichb, art. 79. Quibus 4. addit

addit, daß es nicht rosig ober Hauptfichtig prälaud. Magn. Dn.
Nichter. p. 2. dec. 5. n. 35.

Evictionibus.

CXXXIII. Porro quando extrinsecus Damnum accidat rei Emptæ, ut quia evincatur, dann Hand muß Hand wehren/ und wo einer sein Gut findet/spricht er an: actio competit modò in simplum, modò in duplum, ex stipulatione ædilitia: uti testatur perpetuus Juris prudentia nostra Dictator Jacob. Goth. *serie ff. ad. d. Evict.* Non nocet verò Error Emptori, stipulantis in evictione simplum pro duplo. l. 37. §. 2. d. *Evict.* Venditor præterea rem alienam b. f. alicui vendens, cognito errore tenetur Contractum rescindere, atq; restituere pretium Emptori, antequam evincatur à Domino. Evitat hinc inde restitutionem Damnorum. Dicast. L. 2. tit. 9. disp. 4. dub. 12. n. 171. & 173.

Error in specie in Loc. & Cond.

CXXXIV. In Locat. & Conduct. si quis dolosa vitiosa alicui ex errore locaverit, tenebitur in id quod interest l. 9. §. 1. ff. *Loc. l. 6. §. 4. inf. ff. d. act. Empt. l. pen. C. d. edict. act.* Eodem se res habet, si quis mensuras conduxerit, easq; jusserit Magistrato frangi, l. 13. §. 5. ff. *Locat.* illius enim

de mensura jus dicere, vasa minora

Frangere *Juven. Sat. X. v. 101. Pers. Sat. 1. vers. 131. erat: conf. Magn. D. Franzk. ad t. d. ad. Ed. n. 8. Franc. d. Amaya. Comm. in Lib. X. C. t. si serv. aut Lib. n. 4. inf.* similiter Ediles lectos in viâ publicâ positos, concidisse apparet ex l. 12. d. *peric. & com. rei vend. per rat. in l. un. pr. d. viâ publ. & l. un. §. pen. eod.*

Error in indebito.

CXXXV. In Indebito soluto (quod vocatur à *Cujac. 8. Obs. 34.* promutuum) ut conditioni vel repetitioni locus detur l. 1. C. d. *cond. ind. §. 1. J. Q. M. R. C. Obl.* requiritur ut solutum sit per errorem d. l. 1. §. 1. h. 1. & 9. C. eod. l. 7. ff. d. 1. Magn. Dn. Nichter. d. *Comm. in C. Reg. Jur. R. 26. n. 13.* sequius si scienter, cessat enim tunc repetitio. *dd. t. xx. l. 26. §. 3. & 8. eod. l. 62. d. 1.* et si habeat animum repetendi l. 50. ff. *eod.* propositum enim in mente retentum, nihil hic operatur. Et Donari videtur, quod nullo jure cogente conceditur l. 53. d. R. J. l. 47. d. *Op. lib. l. 7. §. 2. inf. pr. Empt. August. Barbof. in Collectan. ad Cod. libr. V. L. 8. d. cond. indeb. n. 2. & L. 9. n. 2. Conf. Magn. Dn. Franzk. ad t. d. cond. ind. n. 22.* Deucalionis aquæ stagnant hic: An etiam Error Juris (de errore enim

enim facti planum) pariat Indebiti conditionem? Dist. hic aut
in Indebito soluto nullum plane subest debitum, neque natu-
rale, neque civile, & hic perindè ut in Errore facti solutum repe-
titur *arg. l. 54. l. 26. pr. l. 7. d. cond. caus. dat. l. 7. § 8. ff. d. J. &*
F. Ign. Magn. Dn. D. Richter p. 1. dec. 96. n. 140. Virgil. Pingiz.
Quest. illustr. 49. n. 11. aut verò subest debitum, sed non efficax;
cujus nimirum efficacia perimi potest exceptione: & ex hoc debi-
to existimans errore Juris se præcise obligari, cum tamen tutus
sit Exceptione, qui solvit, illi denegatur conditio *l. 10. C. d. J.*
& F. J. l. 40. d. cond. ind. arg. l. 68. §. 1. ad SC. Treb. l. ult. d. SC.
Mac. Nobiliss. Dn. Præl. Ex. ff. XV. tb. 12. cujus Explicationem
meritisimo suo sumus amplexi Consentit Augustin. Barbofi
d. l. § tit. L. 6. n. 6. n. 3. Vinn. l. i. sel. Jur. quest. c. 47.

CXXXVI. Generatim Erronea fidejussio nulla est *l. 37. d. fidej. l.*
4. §. 5. ff. si quis cau. Fidejussori que per errorem solventi indebi-
tum conficitur in l. 8. §. 7. & 8. ff. Mand. Nequit autem fideju-
bere Mulier: obstat nimirum illis Exceptio SCti Vellejani, per
providentiam amplissimi Ordinis, qui opem tulit mulieribus
propter imbècillitatem sexûs *l. 2. §. 2. ff. ad SC. Vell.* introducta. Et
hæc cautâ est finalis SCti, Magn. Dn. Franzk. *Comm. ad d. t. n. 8.*
cum plerumque ipsius feminæ, ad versus propria commoda in-
veniat laborare Consilium *l. 4. C. d. spons.* sitque plerumque
Consilii melioris expers. Hinc objectum Seiveno, quod assu-
ferit consilium uxoris muliebri ac deterius à *Tac. Ann. XV. c. 54.*
inf. Illaque apud *Eurip. in Medea* propriam allegasse videntur
turpitudinem:

Mulieres sumus, ad omnia bona consilia ineptissimæ,

Malorum autem omnium Artifices sapientissimæ.

Neque fallit hoc Mulieris de sexu suo judicium. Causa Edicti
impulsiva interna est honestas, quæ obstat quo minus ex virili-
bus officiis fungi queant. *l. 2. princip. ad SC. Vell. l. 1. §. 1.*
cod. l. 2. d. R. J. l. 1. C. quand. Mul. Tut. Off. l. 18. C. d. Procur.
Magn. Dn. Franzk. *ad d. t. n. 7.* sic Interdicto Prætoris arcentur à
postulando, *l. 1. §. 5. vers. sexuum ibiq; ratio ff. d. postul.* Originem
hujus Edicti dedit *Catfania (Val. Max. l. 8. c. 3. nominat Afraniam)* femina improbissima, *d. l. 1. §. 4.* Moribus, recantur à Ju-

In Fide-
jussione.

SCto Vel-
lejano

dicio *l. 12. in f. ff. d. Judic.* ob conditionem naturæ, & veracundia stolam *Val. Max. L. 8. c. 3.* Legibus, à tuteſâ, excepto unico caſu *l. pen. & ant. d. Tut.* Sed quid ego de Feminis ulterius loquor? quas & imbecillitas mentis, & graviorum operum negata affectatio, omne ſtudium ad curioſiorem ſui cultum hortatur conferre *Val. Max. L. 9. c. 1.* Ceſſat autem Exceptio hujus S^Cti Vell. ſi Creditor ex errore neſciat Mulierem interceſiſſe. *l. 4. pr. ff. ad SC. Vell. l. 1. C. eod.*

CXXXVII. Repellitur à S^Cti juvamine, *l. 23. in f. pr. C. eod.* ſi decipiendi animo pro aliquo interceſerit *l. 30. in pr. eod.* & alterum ad errorem perduxerit. Conf. *Vinn. ſelect. Jur. quæſt. L. 1. c. 48.* A ſtionem enim quæ in Dolum Mulieris competit, Ampliſſimus Ordo non excludit *d. l. 30. l. 23. pr. l. 32. S. 3. eod. l. 18. C. eod. Rat. Rat. in l. 2. S. 3. l. 30. pr. d. r. ff. ad SC. Vell.*

*In Reſtit.
in integr.*

CXXXIIX. Diximus de ordinariis remediis, in quibus Error excuſet, in quibus non. Deficientibus illis adhuc ſuperest extraordinarium, Reſtitutio in Integrum Magn. Dn. Franzk. *ad t. d. Reſt. in Int. n. 2.* ob juſtum errorem *l. 2. ff. d. reſt. in int.* Exempla occurrunt in *l. 1. §. ult. ff. quod falſ. Tut. l. 1. §. 5. eod. l. 15. §. 5. ff. quod vi aut cl. S. 33. J. d. Ad.* An autem quis reſtituatur ob errorem contra præſcriptionem completam? Adi, ſi de his errudiri diſcupis Nobiliſſ. Dn. Præſ. *Ex. P. 8. th. 76.*

*Error Cal-
culi.*

CXXXIX. Cum & in negotiis civilibus, atque Contractibus, interveniente longa rerum calculatione & computatione ſæpiuſculè Error interveniat, hinc ſaluberrime proviſum, Errorrem Calculi, veritati non afferre præjudicium *l. un. C. d. Errorre Calc.* Aug. Barboſ. *in Coll. ad d. t. C. d. Err. Calc. n. 1.* Jacob. Ayter. *in Enod. d. l. un. C. d. Err. calc. n. 27.* etiam ſi ſit modicus. Franciſc. d. Amaya *in lib. X. C. r. d. Jur. Fiſc. Leg. 2. n. 53. & 54.* neque enim veritas rerum erroribus geſtarum debet vitiari. *l. 6. ff. ad Munic. e. cum inter 13. in f. d. Sent. & Re Jud.* Ampliatur, ut etiam procedat, etiam ſi ratio ſæpe ſit computata *d. l. un. C. d. err. calc. ibiqz Ayter. n. 29. Barboſ. d. l. n. 4. & 14.* & Quitatio ſubſecuta fuerit *Dec. ad d. l. un. n. 13.* Franciſc. Munnoz, d. Elcobar. *Comm. d. ratiocin. Admin. & Comput. aliis C. 41. n. 33.* eodem enim errore facta cenſetur, quo ipſa computatio. *Dec. n. 3. hic Ayter. n. 35. ibiqz alleg.*

alleg. Aug. Barbof. d. l. n. 8. Et usque ad XX. & XXX. annos cui argui potest *gl. in l. calculi ff. d. adm. Tur. & Dd. allegati ab Ayrrer. n. 44.* si liquidatio clara sit, & contraria probatio. *Post. dec. 77. R. R. n. 9.* atq; non solum in primâ, verum etiam in secundâ allegari potest instantiâ Paul. de Caltr. *vol. 2. Conf. 10. n. 1. Jas. in h. n. L. n. 4. Ayrr. n. 49.* ratio est in l. 4. *C. d. temp. & reparat. app. ut exercitatis jam negociis pleniori subveniatur veritatis lumine.* Secus si res sit iudicata, vel Sententia in rem iudicatam transivit, ita ut appellationi amplius locus non detur. Barbof. d. l. n. 2. Ayrrer. n. 53. *inf.* Tanti enim ea est, ut faciat ex nigro album & ex albo nigrum. *Bl. in c. nosti d. Elect. Jas. in l. Julianus 60. n. 2. ff. d. Cond. ind. Curt. Jun. conj. 177. n. 12.* ex non Ente Ens, ex non Jure Jus *gl. in l. si non sortem s. heredi ff. d. t.* ex non herede heredem, ex non vasallo vasallum: ex non debito debitum *l. 1. C. eod. l. 29. S. 5. ff. Mand.* Facitque filium qui filius aliâs non est, & patrem qui non est, Cagnol. *in l. 207. d. R. 7.* & naturalia sanguinis vincula mutat, & falsum in verum, & verum in falsum convertit, non quidem essentialiter, sed quoad effectum *Bl. in c. presentia d. probat. indeque pro veritate habetur c. cum inter 13. d. Sent. & rejud. l. 207. d. R. 7.* eamque restaurari exemplo *grave l. 4. C. d. rejud. nec earum patiat auctoritas l. 5. eod.* Porro an si super Errori Calculi fuerit transactum vel Jurejurando Error fuerit confirmatus adhuc detur inquisitio? *vid. Ayrrer. n. 64. & seqq.* Et in aliis Francisc. Munnoz. de Escobar. *d. tract. c. 38. per tot.*

CXL. Acquiritur nobis Obligatio non solum per nosmetipsos, sed & per eos, quos in nostrâ habemus potestate *pr. 7. per In Peculio.* quas *perf. Obl.* Tenentur hinc Creditoribus Dn. & Paterf. ex *peculio l. 6. S. 12. ff. que in fr. Cred.* Etsi autem actio de pecul. sit perpetua, post mortem incipit esse annalis *l. 1. S. 1. ff. quando de Pecul. act.* Hinc Visio f. Quæstio perfectissima occurrit: An si filiumf. credens mortuum, annali actione quis egerit, anno præterito exceptione repulsus, rursus experiri comperto possit errore? Et permittit duntaxat Labeo actionem de peculio, non de interem verso. Ratio est *in d. l. 1. S. ult. eod.*

CXLI. Viso Errori in Obligationibus ex Contractu, cum horrore quodam ac terrore accedo cum Justin. *in l. 2. S. 3. C. d.*

V. J. E. ad Delicta, inquisitatus in quibus Error sit excusabilis in quibus non.

*Excusat
Error in
Delictis*

CXLII. Excusat generaliter Error Delicta *l. 23. §. 2. ff. d. ad. Ed. spectatur enim etiam voluntas l. 14. ff. ad L. Corn. d. Sic. & animus delicta distinguit arg. l. 50. ff. Locat. vid. Gotb. ad l. 26. pr. ff. ad SC. vell.* In Specie in Furto, si quis rem suam ex Error Juris contrectet *Dicast. L. 2. Tr. 2. Disp. 9. dub. 1. n. 9.* Deficit enim hic formalis delicti ratio sc. dolus, quem Error Juris excludit *l. 25. §. 6. ff. d. her. pet. l. 12. §. 3. ff. d. lib. causf. l. 32. §. 1. ff. d. Usuc. Goedd. ad L. 109. d. V. S. n. 9.* à quo, qualibet causa, etiam fatua, ut loqui amant Dd. excusat. Dolus enim consilii est, & proæresin requirit, quam error omnis excludit. *Conf. Hillig. 1. Comm. ult. in Not. in f. Excipitur casus in §. 10. J. d. Obl. que ex Del.*

Rapina.

CXLIII. In Rapina, si quis errore ductus, rem suam eò raperit animò, quasi Domino liceat rem suam vi auferre, hoc iudicio non tenetur. *§. 1. J. d. vi bon. rapt. l. 2. §. 18. ff. eod. Ant. Matth. d. Crim. ad d. t. c. 1. n. 2.)* Sed ne dum talia excogitantur, fraudibus via aperiatur *c. pastoralis §. d. Causf. poss. & propr.* per quam raptores impunè suam exercent avaritiam *d. §. 1. Divilibus Constit. statutum, ut si raptor fuerit Dominus verus, rei suæ cadat Dominio d. §. 1. l. 13. inf. ff. quod. met. causf.* si non, ad rem reddendam, & insuper ejus præstandam æstimationem remaneret obligatus *d. §. 1. eò quod in tantam furoris pervenerit audaciam l. 7. C. und. vi ut vi rem suam repetere, quam id, quod deberi sibi putavit, per Judicem reposcere maluerit. d. l. 13. nec actionibus, quas habuit petitiones adversus alium, fuerit expertus d. l. 13.* Iccirco enim iudiciorum vigor, jurisque publici tutela videtur in medium constituta, ne quisquam sibi ipsi permittere valeat ultionem *l. 14. C. d. Jud. & Cal. nec concedendam singulis, quod per Magistratum publicè fieri potest, ne occasio sit majoris tumultus faciendi l. 176. d. R. 7. cum sit Judicis componere discordias l. 13. §. 3. ff. d. Usufr. C. Discordantes 1. dist. 90. Add. Joh. Grake d. Autor. Priv. in proem. n. 2.*

Injuriis.

CXLIV. Injuriarum, nesciens ex errore injuriam se facere, non tenetur *l. 3. §. 2. arg. l. 15. §. 23. d. l. 3. §. 3. ff. d. injur.*

CXLV. In

CXLV In Crimine læsæ Majestatis, quâ Princeps tutus Crimine esse debet, vox est Germanici apud Tac. *Litr. Ann. c. 42.* cujusque *Læsæ Maj.* accusatio omnium accusationum Complementum, Eod. 3. *Ann. 38. pr.* vinculum & necessitas silendi, Eod. 3. *Ann. 67.* audit, quin aliquâ in parte Majestas, Errori possit Aggratiandi jus concedere, nullus ambigo: cum pro me habeam *l. 1. §. 1. verb. dolose ff. ad L. Jul. d. Adult. §. arg. l. 7. §. 3. ff. ad L. Jul. Maj.* lubricumque linguæ ad pœnam facile trahendum non sit *d. l. 7. §. 3. eod. l. 6. §. 7. ff. de re mil. l. un. C. si Imp. quis mal.* Domitianum enim hoc esset.

CXLVI. Adulterium non committitur absque dolo *l. 11. Adulterio. §. pen. l. 43. ff. ad L. Jul. d. Adult.* Wesenb. *d. 2. n. 14. v. c. si Murio.* si decepta opprimatur ab aliquo, quem putet esse maritum, vel credens maritum vitâ functum alteri se jungat *d. l. 11. §. pen.* falsis rumoribus inducta: Absimile est, si ficta mariti mors, argumentum faciendis nuptiis probabitur præstitisse *d. l. 11. §. pen. inf.* Eundem casum in Marito proponit Pontifex in *C. in Letum XXXIV. q. 4.* Hinc excusatione dignum ipsum Divinum Numen dijudicavit factum Abimelechi *Gen. 20. v. 6. C. 4. XXXII. quest. 4.*

CXLVII. Si quis innuptam existimaverit feminam, quæ tamen nupta fuit, excusandus à pœnâ capitis: *arg. l. pen. ff. ad L. Jul. d. Ad.* Est enim in hoc casu tantum stuprum. Ant, Matth. *d. Crim. ad d. 1. c. 2. n. 5.* E converso, si quis putet esse nuptam, atq; ita adulterare volens, cum tamen sit innupta, quid juris? A pœna capitis absolvendum tradit d. Matth. *d. l. n. 6.*

CXLIX. Incestus erroneus excusatur *l. 38. §. 7. inf. ff. ad Incestu L. Jul. d. Adult.* multum enim inest an errore matrimonium illicitè contrahatur, an contumaciâ juris *d. l. 38. §. 1. eod. debet* autem esse Error acerrimus non affectatus ac insimularus, *l. 75. §. 1. ff. de R. N. l. 4. C. d. inc. nupt.* in Feminis etiam excusat Error Juris *d. l. 57. §. 1. d. l. 38. §. 4. N. 12. c. 1. inf. Conf. Nobiliss. Dn. Præl. Ex. II. 40. th. 22.*

CXLIX Succedit jam, in quibus Delictis Error fiat in excu- Non Ex-
sabilis. In Furto, non sufficit quæcumque existimatio & volun- cusat in
tatis Domini allegatio. Semper enim stat contra amoventem Furto.

pra-

presumptio juris l. 48. §. 3. inf. ff. de furt. nemo enim presumitur
velle, ut bona sua diripiantur Dicast. L. 2. Tr. 2. Disp. 9. Dub. 1. n.
10. nisi habeat amovens quandam probabilitatem, quam Iudex
& amicitia, consanguinitate, rei pretiositate, aestimabit. Me-
noch. A. 7. Q. cas. 298. n. 2. exque eo Magn. Dn. Franzk. Ex. 12.
q. 2. n. 13. & 14. Conf. Cubach. quest. Ill. Cent. 2. Dec. 3. q. 6.
p. m. 340.

CL. Contraria hic occurrit Visio: si Rem amovens putet
hoc fieri Domino invito, id fiat volente, quid Juris? S. 8. J. d. O.
qu. ex Del. Si per se consideretur furtum, omnino talis fur erit
vocandus: quod innuit Pomponius referente Ulp. in l. 46. §. 8.
ff. d. Furt. si vero respectu effectus & actionis s. pena furtum
consideretur, non est furtum, quia ejus pena non tam ex J. N.
quam civili a laesione & damno per subtractionem debet causari.
Conf. Magn. Dn. Franzk. d. l. n. 16. & 17. Idem obtentamus
in Rapina.

Damno
injuria
dato.

CLL. In Damno injuria dato, computatur Error Medici,
si servum occiderit, quia male eum secuit, (nondum enim eo
tempore Medicorum & Chirurgorum bipartita munia) §. 7. J.
d. L. Aquil. l. 7. §. ff. eod. vel secuta sectione, dereliquerit cura-
tionem, vel alias medicamento perperam fuerit usus l. 8. d. t.
Vid. Mich. d. Lun. & Ar. l. 2. d. Rat. imp. c. 7. n. pen. Et si enim

Non est in Medico, semper relevetur ut aeger,
interdum docta plus valet arte malum:

ideoque ei eventus mortalitatis non debeat imputari l. 6. §. 7. ff.
d. Off. Praef. attamen, quod ex errore per imperitiam commisit, om-
nino ei imputatur. Nobiliss. Dn. Praef. disp. de Damn. thes. 57.
Maestert. L. 2. de J. R. LL. dub. 54. inf. quia praetextu humanae
fragilitatis, delictum decipientis in periculo homines, innoxii
esse non debet d. l. 6. §. 7. Medico tali Diarritorio (uti vocari
solitus imperitos Galenus ipse. Hieron. Mercur. l. 4. var. lect. c.
ult.) vel Parabolano Tiragv. d. Nobil. c. 31. n. 415. & 419. Aug.
Barb. in Collectan. ad Cod. tit. d. Episc. & Cler. L. Parabolani
18. n. 3. qui unam hydrargyri unctione aut Cinnabaris fumo, omnes
indiscriminatim morbos curare se posse nugatur, aut uno col-
lyrio omnes oculorum affectiones: quique solius urinae indicio
fretus

fretis, domi in folio, ut Sacerdos Apollinis ex Tripode, aut ut Anus
fatidica ex Crytallo, non visis agris, sed solum inspectio lotii vi-
tro perplexis de agrotantis morbo pronunciat, atque Plinio
Teste, ex periculis nostris experimenta per mortis agit. Debet
enim quisque ejus artis peritus esse quam proficitur l. 9. §. 5. ff.
Loc. Hinc Horat. lib. 2. Ep. 1.

Navem agere ignarus timet: abrotonum agro
non audet, nisi qui didicit dare --- ---

Ceterum, ut vara vibiam sequatur, ante tempora Jul. Cæs. Medi-
ci non habuere Jus Civ. Rom. Erat etenim hocce studium fami-
liare servis, apparet hoc ex l. Tbaïs 41 §. Lucius 6. pr. ff. d. Fideic. Lib.
d. 1. §. 5. C. d. Comm. serv. man. l. 3. pr. C. Comm. d. Leg. l. 25. §. 2. ff.
d. Op. Lib. & Libertis l. 26. pr. ff. eod. sed Ille istud Jus, Medicis li-
bertate donatis, concessit: Augustus universo eorundem ordini
immunitatem munerum civil. dedit Dion. l. 53. Confirmata hæc
ab Imp. in l. ult. §. ff. d. Mun. & Hon. l. 5. C. d. Prof. & Med. & de-
finitus certus eorundem numerus, ut certi de peritiâ artis & probi-
tate morum eligantur, quibus nos liberosque nostros in ægritu-
dine corporum committamus l. 1. ff. d. Decr. ab ord.

CLII. Injuriarum illum habere actionem in cujus personâ
erratum, injuriam non est l. 32. §. 2. ff. d. injur. certus enim
ego sum, licet ille putet me alium esse ex. in l. 18. §. 3. eod. l. 1. §. 8.
d. t. Non Obst. l. 15. §. 45. d. t.

Injuria

CLIII. Judex ex errore & imperitiâ malè judicans tenetur
ex quasi delicto, & punitur, quantum superiori Judici æquum vi-
sum fuerit l. ult. ff. d. extr. cogn. ejusque religioni d. l. ult. pr. J.
d. O. ex qv. del. Si sciens, dolo malo iniquè judicaverit, ac evidens
arguatur ejus vel gratia, vel inimicitia, vel sordes l. 15. §. 1. ff. d.
Jud. vel aliud quodpiam vitium, quod miseris animis hujusmo-
di judicium innasci potest l. 13. §. 3. C. eod. alienum jurgium,
suam putans, esse prædam l. 3. C. ad L. Jul. rep. tenetur ex malefi-
cio, Mæstert. L. 2. d. J. R. LL. dub. 54. pr. & ad totius litis veram
æstimationem d. l. 15. §. 1. l. ult. C. d. Pen. Jud. infirma etenim
venalis sententia l. 7. C. quand. prov. non nec. eamque si quis pro-
baverit, victoriam reportabit atque gloriam l. 4. C. ad L. Jul. rep.
ut talis litium mercator statutam Legibus cogatur subre jacturam

Imperitiâ
Judican-
tis.

H

l. 3.

l. 3. C. eod. Boni itaque illum, & innocentis viri officio fungí oportet *l. 4. §. 1. ff. fam. ere.* cui Justitiæ turtinæ sunt commissæ *N. L. 1. inf. pr.* qui sæpius sumitur pro viro bono *l. 137. §. 2 d. V. O.* ut vir bonus pro Judice *l. 18. ff. jud. solv. l. 77. ff. d. Procur. l. 11. §. 8. d. leg. 3. l. 221 inf. d. R. 7.* Saluberrimum hinc Imperatoris nostri in *N. 124.* institutum, ut Litigantes in exordio litis Sacramentum præstent, se nihil penitus Judicibus, vel aliis dedisse vel promississe: ut appareat Judicum puritas, & non valeat litigantium suffragium circum venite *Leges. d. N. 124. in pr.*

*In Homi-
sidio.*

CLIV. Non refert in Homicidio, utrum occisurus Titium, Errore ductus, interimat Sempronium, s. Mævium fortè intervenientem occidat. Hocce etenim casu Homicidium omninò reputandum uti hoc probat Joh. d. Dieast. *lib. 2. tr. Disp. 7. dub. 8. n. pen.* Nobiliss. Dh. Præf. *Disp. ff. 40. th. 29.* & præjudicio hoc confirmat Magn. Dn. Richter / *d. Comm. in C. R. 7. reg. 26. n. 18.* Sufficit enim hic Dolum in genere, & animum occidendi adfuisse *arg. l. 18. §. 3. d. Injur. Aug. Eleet. p. 4. Nov. Const. 6.* sufficit hominem interemtum ab illo fuisse, qui voluit hominis esse occisor. Utroque enim casu adest & materiale & formale homicidii, licet aliud sit homicidium, quam quod voluntas respexerit. Nob. Dn. Præf. *diēt. loc.* Duo sunt spectanda in interfectione Sempronii. Unū est interfectio hominis injusta. Alterū verò est hujus in singulari Sempronii. Quia ergò pæna homicidii est pro interfectione hominis dososà, nō verò hujus determinati in singulari, consequens est Homicidiū verè in ratione homicidii dososum, licet careat dolo quatenus terminatur ad differentiam individuaalem Sempr. non impediatur illud patrantem, pænam incurrere pro dolo homicidio LL. statutam *Molin. Tr. 3. Disp. 30. n. 2. inf.* Quam ridiculum enim esset, si Sempronius iccirco pænam furti sibi remittendam contendat, quod per Errorem Damonis exceperit caprum, cum Dametæ vellet: aut si Clodius adulterii pænam deprecetur, quod cum Pompejam vellet, Lepidam adulteraverit vel Fulviam *Vid Ant. Matth. tr. d. Crim. ad c. L. Corn. d. Sec. C. 3. n. 12.* neque perterre facit nos Autoritas Hunn. *in Coll. Crim. Disp. 7. th. 44.* & Schneidw. *ad §. 5. J. d. publ. Jud. n. 2.* plurimorumque aliorum *Conf. Treutl. Vol. 2, Disp. 32. th. 6. lit. A.*

CLV. Hu-

CLV. Hujuscemodi modis constituta Obligatio tam ex *In disolu-*
conventionem, quam ex Delicto, solvitur per Solutionem. Et rione *Obli-*
quidem in Contractu, si ejus quod debetur naturalis interveniat *gat.*
præstatio *l. 4. & 6. l. 38. §. 3. l. 49. ff. d. solut.* Excusat autem Error
si Debitor probabili Errore putaverit se ei, cui solvit debere, *Ex Con-*
vel alius Error intervenierit. Vid. Seb. Medic. *tr. d. fort. Cas. p. 1. tractu &*
q. 2. n. 20. Casus varii proponuntur *in l. 19. pr. ff. eod. l. 34. §. 3. d.*
l. 1. §. 1. ff. eod. In Delictis, vel solutione rei ipsius *§. 18. f. d. Act. l. 2. Delicto*
ff. d. Tut. & rat. dist. vel pænæ, quæ est afflictio quæ fit per mo-
dum coactionis ad LL, servandas Svarez *d. LL. lib. 5. C. 4. n. 5.*
vel delicti & criminis coërcio *l. 131. l. 244. d. V. S. &* in hacce quod
possit relinqui locus Errori, indicinam præbet *l. ult. in f. ff.*
d. R. N.

CLVI. Restat ultimo jam persequenda loco, JURIS NO-
STRI PERSEQUENDI s. OBTINENDI RATIO, quæ in me- *ERROR*
diis illis, quibus nostrum ab aliquo petere, vel petentem submo- *in JURE*
vere valemus, consistit. Quippe ad JUDICIUM, ultimò refu- *PERSE-*
gium quærit locò Consultus, & ad Scientiam illam Digestivam, *QUEN-*
uti nominatur à Reinking, *d. R. S. & E. L. 2. Cl. 2. c. 11. n. 67.* inq; *DO.*
eâ demùm omnis ejus desinit industria atque labos. Ut verò
prædicta media legitimò tractari & exerceri possint modò, omni-
nò & hic opus ordine *l. 1. C. d. Exec. rei jud. l. 4. C. d. sent. & in-*
terloc. qui vocatur à Dd. PROCESSUS JUDICIARIUS, Dispe-
scimus illum in Generalem & specialem Partem.

CLVII. In Parte Generali Processus, occurrit Res contro-
versa, & Personæ Rem dispendentes & circa eandem controver-
tentes. Sunt hæc vel Principales, vel Minus principales.

CLVIII. Principales inter Personas eminet Judex. In quo *In Judice*
non nocet Error in ejusdem Nomine *l. 80. ff. d. Judic.* An verò
sufficiat in eo Titulus coloratus, non vera ac indubitata Autori-
tas? de eâ Quæstione ac Visione, Pomum Eridos in Rempubl.
injecit Literariam, famigeratum, & in ore omnium nobile Con-
sulti Ulpiani Responsum *l. Barbarius Philippus 3. ff. d. Off. Prat.*
Et sanè, hæc famosa, immò quotidiana Lex, sui perplexitate,
Transalpinos, cum Cismontanis non parùm commisit. Illustris
Jctus Jacob. Gothofr. *in Comm. erudit. ad d. L. 3. n. 1.* ac torfit
alta

alta ac ignea Actorum Ingenia. Hinc tanta Sententiarum & interpretationum in illâ varietas, tandemque emendationum experimenta atque Caetera. Varias interpolationes nominatim Roberti, Horom. Contii, Cujac, novissimè Salmasii, aliorumque videas, si volupe est, apud eandem *d. l. n. 2. §. 3.* Satis verò est, ut ad antepositum respondeamus dubium, si publicè & solenniter Judex, Moreque Majorum, atque ità ritè fuerit constitutus, characteremque præ se ferat publicum, à publicâ Autoritate ipsi impositum. Conf. Joh. d. Dicast. *L. 2. Tr. 1. Diss. 4. dub. 3. n. 33.* neq; ob statum ejus aliquandiu obnubilatum, suppositivum & *ὑποβολωμαίον*, decreta gestaque ejus invalidari. Gothofr. *ad d. L. 3. n. 13.* idque ob publicam utilitatem *d. l. 3.* Nobiliss. Dn. Præf. *Diss. ff. 4. tb. 24.* Dicast. *d. l. An verò peccet ille, qui cum esset incapax, scienter ad Dignitatem se promoveri passus est?* Vid. Franc. Amaya *in Comm. ad Libr. X. C. r. si serv. aut. Lib. n. 8.*

In Arbitro.

CLIX. Nequit Arbitrarius esse quis in eâ causâ, ubi publicum constitutum Judicium *l. 32. §. 6. ff. d. recept. arb.* hinc si per errorem ad eum fuerit itum, prætor vetabit dictæ executionem sententiæ *d. l. 32. §. 6. inf.* si enim hoc permissum foret, nemo puniretur.

In Advocato

CLX. Inter secundarias, quæ tam Reo, quam Actori accedunt Personas est Advocatus: cujus Error Litigantibus regulariter non officit *xx. in l. ult. C. d. Error Adv.*

CLXI. Advocatus ex errore causam injustam defendens, excusatur; modò non interveniat Error crassissimus. Sufficit namque causam apparere verisimilem. Soto *l. 5. d. 7. §. 7. q. 8. art. 3.* Nobiliss. Dn. Præf. *Ex. ff. 7. tb. 6.* & dubiam, etiam si sit talis contra propriam Advocati opinionem: quia quisque potest adhærere opinioni probabili, tum; quia ea pars, cujus causa probabilis est non peccat se defendendo & accusando, iccirco nec Advocatus ejus partes suscipiendo. Bonac. *Tom. 2. Theol. mor. Diss. 10. q. 3. punct. 4. n. 8.* tum, Munus Advocati non est Jus partibus dicere, sed unius partis Jus, quoad fieri potest probabile reddere: relinquendo interim Judici, de tota causâ Judicium, qui fortè, quod Advocato sæpè probabile tantum est, ex iisdem aut aliis motivis, judicabit non rarò esse probabilius. Vid. Dicast. *L. 2. Tr. 1. Diss. 7. Dub. 2. n. 14.* Quid

CLXII. Quid si Advocatus causam bonâ fide suscepit
justam, in Processu verò comperiat eam injustam? Resp. Tene-
tur omninò à lite desistere Add. Dicast. d. l. n. 18.

CLXIII. Pars specialis Processûs Judiciarii, occupatur
circa ipsam Formam & Ordinem Procedendi, qui vel est Ordina-
rius, vel Extraordinarius. Ille habet sub se tres Actûs: Ordi-
nativos, Medios & Posteriores.

CLXIV. Ad Actûs Ordinativos pertinet Editio Actionis *Editionis*
sicut hodierno more loquar, Libelli oblatio, Klage / oder Klage *Actionis*
liebess. Quod si Actor in eâ erraverit potest libellum mutare,
die Klage verbessern / usque ad sententiam S. 74. & seq. J. de A-
ction. l. 3. C. d. Edend. l. 4. S. f. ff. d. Nox. Act. l. 18. S. f. ff. d. vi & vi
arm. additâ distinctione, quam exhibet Nobiliss. Dn. Præs. Ex.
ff. 5. th. 41. Treutl. vel. 1. Disp. 4. th. ult. Conf. Magn. Dn. Un-
gep. Ex. Just. 15. q. 7. Wesenb. in par. ad t. d. Edend. n. 8. Aug.
Barbos. ad d. t. L. 3. n. 5. seqq. Moribus hodiernis desideratur
planè novus. Dn. Carpz. P. 1. C. 11. def. 9

CLXV. Error libelli, culpâ scribentis occurrens, itidem
veritati non obest. expr. tex. in l. 2. C. de Error. Calc. ibique Bar-
bos. n. 2.

CLXVI. Decernit exin post libelli oblationem, Citatio-
nem Judex, quæ necessaria tam N. quam G. Jure, neque ex Er- *Citatione.*
rore potest omitti, nisi irriti efficiantur omnes Judiciii processus.
Dicast. d. l. Dub. 6. n. 38. Est enim principium ac basis Judicii
u. d. probat. S. ult. J. d. pen. rem. lit. Gail. 2. obs. 48. n. 1. Magn.
Dn. Ungep. Ex. 16. q. 3. Magn. Dn. Richter in Aurb. C. Ne Fil. pr.
Patr. Disp. 6. p. 151. Nobiliss. Dn. Præs. d. Ex. 5. th. 10.

CLXVII. Antequam Reus Judicium suscipiat, litem con-
testari tenetur, præstitâ tamen prius utrinque cautione, ne Ju-
dicium reddatur frustratorium & elusorium. Inter specis ido-
neè cavendi, numeratur Satisfactio propriè sic dicta. Excusat *Satisfactio.*
verò Error satisfactionem, si nimirum Judicii sistendi causa à sa- *ratione.*
tisfactione quis promiserit, cum non deberet. Hincque Fidejuf-
soribus ejusdem competit Exceptio l. 4. S. 5. ff. Si quis Cant.

CLXVIII. Ad Actûs Medios Processûs, requiritur post
contest.

contestatam Litem, & propositas Positiones & Responsiones, Probatio.

CLXIX. Species Probationum varias faciunt Dd. communissimè dispescuntur in Artificiales & inartificiales. Ad hæc pertinet Confessio, quæ est ejus, quod Adversarius contendit. *Confessio* Adseveratio. l. 13. C. d. N. N. P. l. 20. ff. de interrog. l. 3. & 6. ff. d. Confess. major excellentiorque omni Probatione, ac Regina fulgens inter Probationum Genera. Ut rectè verò quis confiteatur, requiritur, ut ad constendum non fuerit errore inductus. l. 2. ff. d. t. l. 11. §. 8. & 10. ff. de Interrog. Conf. Magn. Dn. Richter d. Comm. in R. 7. Reg. 26. n. 8. Franc. Amaya in Libr. X C. t. d. Jur. Fisc. Leg. 9. n. 38. hinc Error Confessioni non præjudicat, sed potest revocari. Barbof. in Coll. ad t. C. d. 7. & F. Ign. Leg. 7. n. 8. ibiq. Alleg. n. 10. etiam si sæpius fuerit repetita & deliberata erronea Confessio, ac jurata. Id. n. 9. tam in primâ quam in secundâ Instantiâ. Gutier. d. Juram. Conf. P. 3. c. 8. n. 4. nisi fuerit Confessio illa jam tum expressè acceptata per partè adversam: Questum enim per talem Acceptationem Partii adversæ Jus. Cardof. in prax. Judic. & Advoc. verb. Confess. Judic. n. 21. exque eo Barbof. d. l. n. 6. & 7. Gail. 1. obs. 55. n. 8. Hinc solennis apud Caesarum Patronos formula Acceptationis hæc: Nimbt vor gerichtlich und unwiederrufflich/ gestanden und bekand an/ alles was von Gegentheil Ihme zu gutem gefekt: Den übrigen wiedrigen per generalia Juris & facti contradieirend/ und wil durch Still-schweigen/ nicht den geringsten apicem eingereumet haben. Insonderheit wird pro Judiciali confessione acceptiret &c. Conf. Mynf. 4. obs. 51.

CLXX. Ad Probationes inartificiales refertur & Juramentum. Cujus improbandi causâ inter alias Error. Exemplum refert. Hillig 21. Comm. 13. inf. Is enim demùm perjuri reus, qui sciens fefellit, uti habet antiqua Jurisjurandi formula in l. 26. inf. pr. ff. d. jurej.

CLXXI. Probationibus adhibitis sequuntur Disputationes Attestationum, & Conclusio in causâ, quæ est brevis retroactorum repetitio, & controversiæ ad decisionem Judicis submitto arg. c. pastoralis 5. inf. d. Causf. Poss. & Propr. Post eam venit

venit Actorum Inrotulatio, & deniq; hæc omnia SENTENTIA ut-
potè anima Judicii *Conf. l. 1. d. rejud. l. 19. §. 1. de rec. Arbitr.*

CLXXII. Impugnatur hæc (& hi sunt Actus posteriores Ju- *Sententiâ*
dicii Suspensivi) ex capite 1. NULLITATIS si fuerit lata per Erro- *Judicis.*
rem *l. 51. pr. ff. d. Eviçt.* isque in ea conspicuus. *l. 1. §. 1. ff. que*
sent. sine app. l. 2. C. quand. prov. non nec. C. per tuas & C. solet d. sent.
Ex comm. in 6. C. examinata 7. de Confirm. ut. vel inur. Conf. Seb.
Med. tr. d. Cas. fort. p. 1. q. 2. n. 24. præjudiciis hoc confirmat.
Magn. Dn. Richter d. l. n. 15. & seqq. vel si error referat se ad a-
cta, in quibus ille expressus. *Hill. 27. Comm. 6. lit. C. ibiq; ab-*
legg. 2. OBSCURITATIS per Leuterationem de Jure Sax, quæ vel est
inferior s. simplex, vel superior die Oberleuterung/ & fungitur
vice Appellationis. 3. INIQUITATIS, ordinariè per Appellatio- *Appella-*
nem: quæ revocatur per Errorem, si appelletur ad Judicem mi- *tionem*
norem *l. 1. §. 3. ff. d. Appell.* Vid. Seb. Med. *d. l. n. 26.* extraordina-
riè, per supplicationem, Restitutionem in integrum, & Revisio-
nem Actorum.

CLXXIII. Actus Processus posteriores Executoriales, ver-
santur vel in ipsâ re, vel in ejus Accessoriis. Ille est Executio Rei *Re Judic-*
Judicata, cui Error non obstabit. Non patitur enim hoc autori- *tiâ.*
tas earundem, ideoque eis standum *l. 1. C. de Re Jud.* Taliter enim
nullus litium esset finis *l. 2. C. eod.* quæ non debent esse immorta-
les, & vitæ hominû modû excedere *l. 13. C. d. Judic. c. 2. d. Sent. & re*
jud. hinc ad officiû Prætoris pertinet eas deminuere *l. 2. in ff. d.*
reb. cred. & dirimere l. 1. §. 10. ff. d. O. N. N. pr. J. d. pan. tem. lit. cum
verecunda ejus sit cogitatio, qui Lites execratur *Conf. Segm.*
CXXXIX. Non enim bis coctam apponimus brassicam.

CLXXIV. Hæc fuere, quæ de Erroris Materiâ lubuit im- *Conclusio.*
presentiarum ex vastissimò totius Juris nostri Pelagò proferre.
Tu, LECTOR CORDATE, juvenanti Etatis meæ curlui ignosces, atq;
Errores meos amicroi oculo agnosces. Efficiet id ipsum, cre-
do, Materiæ hujus Difficultas, quam intactam adhuc reliquere
literata hominum Ingenia, ut promptiore veniâ mihi peccare li-
ceat, eo que magis PROPHETORIS veniam (verba sunt Consulti
in l. 17. ff. d. Minor.) ex æquo & bono mereri. De cæterò liberum
reprehensionis Judicium itidem non subterfugio, cum
Facilis

--- Facilis cuius rigidi censura cachinni
Secundum *Juv. sat. 10. v. 31.* admoneri verò bonus gaudeat, pessimo
quisque correptorem agerrime patiat. *Sen. 1. 3. d. in c. 37.* Neque
ob id statim metuo, turpem in scriptis lituram. *Hor. 1. 2. Ep. 1.*
atque expalleo ut

--- Lugdunensem Rhetor dicturus ad aram.
Iterum cum *Juv. sat. 1. v. 43.* Cum non majus existat beneficium, quam
Errore Errantem liberare M. Aur. Imp. *apud Grev. in Hor. Pr. L.*
3. c. 24. in pr. neque promptius quis me monebit errantem, quam
ego illum monentem sequar. Vir sui cognominis *in f. proleg.*
ad Libr. d. 7. P. & P. V. Verum ut Horatii *L. 1. Serm. Sat. 1. in f. sermo-*
ne finiam

Jam satis est: ne me Crispini Scrinia Lippi
Compilasse putes, Verbum non amplius addam.

EPIDIPNIDES.

- I. Vita Hominis potest assicurari.
- II. Licet aliquando Innocentem occidere.
- III. Deteriorem facit Conditionem, qui reddit me-
liorem l. ult. ff. de Us. & Habit.
- IV. Ex Erroribus Experientia nascitur, ex hac ve-
rò optima Imperandi regula Didac. Saverda in *Idea à Princ.*
Christiano-pol. Symb. 28.
- V. Male Lipsius levem aliquam fraudem suasit, to-
leravit mediocrem, gravem prohibuit. *Id. Symb. 43.*
- VI. Error, quo quis existimat aliquid promissum,
quod omnino prohibitum, à Dolo non excusat.
- VII. Tum secundum Conscientiam erroneam agens,
tum contra eandem, delinquit: nihilominus tamen in ejus
potestate est, non delinquere.
- VIII. Status hodiernus Anglicanus non tam sapit
formam Reipubl. quam purum Dominatum, cum umbra
tantum Libertatis Populo adhuc relicta: Et hoc erat Imp.
Augusti

gusti Arcanum apud Tacit. L. 1. Ann. c. 2. quo larvam histrionalem, atque Drama suum satis feliciter egit. Conf. Förstn. & Bæcl. in not. ibid.

IX. *Præstat quandoq; in Imperio conniventibus oculis ut ait l. 4. ff. d. Manum veniam sceleratis largiri, ac a crimoniam severi inflectere Juris, ut loquitur Symm. L. 10. Ep. 6. Quamvis displicere hoc videam Adulatori Atejo Capioni apud Tac. L. 3. A. c. 70.*

X. *Ob summam necessitatem, atque probationibus certissimis & luce clarioribus suffultus Princeps, prolixam contemnere Judiciorum religionem potest, & Crimina absq; ullâ præviâ juris cognitione punire, addo ipsi necessarium. Talis catastrophe fabulam ac ludibrium peregit fortuna inconstantis A. Cæcina vir consularis, qui vocatus ad cœnam, vix dum egressus Triclinio, confodi jussus à Tito, urgente discrimine, ut ait Suet. in ejo vit. c. 6. Recetiora forte àn odiosa, compacto subiticemus exempla. Et est talibus factis si per se adspiciantur, aliquid ruboris, si vero ad motis necessitatis viribus ponderentur, convenientia temporis sevitia videntur præsidia. Val. Max. L. 7. c. 6. Ex. 2. Habetq; aliquid ex iniquo omne magnum Exemplum, quod contra singulos utilitate publicâ rependitur, gravissima est oratio C. Cassii ad Senatum apud Tac. XIV. Ann. c. 44.*

XI. *Quisquis aliquid nescit, non est consequens ut continuò erret: sed quisquis se existimat scire quod nescit Can. 11. dist. 38.*

XII. *Legimus aliqua ne negligantur, legimus ne ignoremus, legimus, non ut teneamus, sed ut repudiemus. Can. 9. dist. 37.*

XIII. *Quatuor Modis pervertitur humanum Judicium, Timore, cupiditate, odio, amore. c. 78. XI. q. 3.*

XIV. Non esse, & non apparere, diversa arg. l. 10. §. 2.
ff. testam. quem ad. ap.

XV. Juris Scientia non est litigiosa, verum ejus Ignorantia.

XVI. Ex duobus malis minimum eligendum. Can. 1.
dist. 13.

XVI. Facetè jussit Ulpianus Venditorem, Emptori vini
per Corbem facere mensuram l. 1. §. ult. ff. d. peric. & comm.
rei vend.

Ad Humanissimum & Peritissimum Dn. RESPON-
DENTEM, Amicum & Commensalem suum
dilectum!

ERRORIS fluvios intras, flexusque dolatos
Juris; sit quamvis non levis iste labor.
Est virtutis opus, fluvios tentare minaces,
Et labyrinthos nil trepidare gradus!
Ergò dum nodos & legum anigmata solvis,
Præstas te VERUM mente animoque VIRUM.
Ipsa THEMIS blando consensu hæc approbat, atque
Victori ERRORUM digna brabea dabit.
Apprecor, ut vivas DOMINO benedictus, Amice;
Et fias PATRIÆ fida columna TUÆ!

Ita vovet

Christianus Chemnitius, D. P. P.
Pastor & Superintendens.

UT flores delibat apis per roscida prata,
& dulces favos per nemus omne legit,
Floribus insultans variis; multiq; laboris
inveni tandem premia mellis habet.

Sic

*Sic Legum carpis viridantia pascua folers,
ac ex diffuso germina Jure legis:
Æquum fragranti studio justumq; recondis
cellis Ingenii: larga brabea feres.*

Eximio & doctissimo Dn. Biedermanno Dis-
putationis eruditè conscriptæ Autori
gratularur

P R Æ S E S.

Ad Doctissimum Dn. Respondentem.

Dædalus, an Theseus vis dici? Struxerat ille
Errores, structis repperit iste viam.
Hanc vitam labyrinthus habet, portenta viarum,
Sed ratio filo simplice, vitat eum.
Dædalus ingenio sis, Theseus iudice mente,
Ut noris cæcas, exsuperesque vias.

Inter fortuna ludibria domestica,

scribo

Joh. Strauchius, Philos. & J. U. D. P. P.

Pereximio atq; eruditè Docto Dn. BIEDERMANN-
NO, J. U. Cultori felicissimo, de ERRORE Disputationis
felicem adprecor successum.

Commune errare est: ast rara scientia nosse est
Errores hominum: hæc, dulcis Amice, clues.

Amor

testando adpon.

Joh. Ernestus Gerhardus
D. & P. P.

Ad



Ad Eximium Politissimumque Dn. Johannem Bieder-
mannum, Civem, & Amicum suum Honorandum,
de ERRORIBVS ex Jure publicè dispu-
tantem.

ERRORES an Jura docent, an jura docentes?
aut, etiam Errores num sua jura manent?
Sic: haut Jura errant, homines in juribus errant:
Jus habet Errores; nec tamen illud habet.
Errorem haut cavisse datum est ex omnibus uni:
Errores multis posse docere datum est.
Tu, Meus, absque errore, Erroribus omnis inerra:
Verfat Sol Maculas; Sol tamen ipse caret.

M. Job. Hannke, Siles.

Sedulius ERRASTI per Jus. De ERRORE docere
hinc potes. ERRABIT Laus Tua per Patriam.

Ita

Per-Eximio ac Præstantissimo Dn. Respondenti,
Fautori & Amico suo plurimum colendo,
gratulat. E. accl.

M. Johannes Hofmannus, Arnstad.

Conveniunt quandoque suis cognomina rebus;
ARBITRER es nobis Nomine, Amice, Tuo.
Componis lites, cæco ex ERRORE subortas,
Sic Nomen & Omen habes.

Scilicet hoc ip. utque Præstantiss. Dn. Consa-
Pereximio. atulab. addit

lino G.

M. Johan. Pe.

ersen, Dichtmarfus.

FINIS.

154567

ULB Halle

003 637 700

3



f
sb.

n

VD 17



14
D. F. F. F. F.
SPECIMEN JURIDICUM

DE E R R O R E,

FAVENTE DIVINI NUMINIS FAVENTIA
CELSISSIMIS, ATQUE ILLUSTRISSIMIS PRINCIPIBUS,
AC DOMINIS

DN. BERNHARDO SENIORE,
RECTORE ACADEMIÆ SALANÆ MAGNI-
FICENTISSIMO,

DN. FRIEDERICO SENIORE,
RECTORE DESIGNATO MAGNIFICEN-
TISSIMO,

DUCIBUS SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ AC MONTIUM &c.

AUTORITATE & CONSENSU

INCLYTI ICTORUM ORDINIS IN ILLUSTRIS-
SIMO LL. NUTRICE SALANA,
PRÆSIDENTE
VIRO

NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, CONSULTISSIMO
ATQUE EXCELLENTISSIMO

DN. GEORG-ADAMO STÄUBEN/
ICTO EMINENTISSIMO, ANTECESSORE HIC LO-
CI CELEBRATISSIMO, CONSILIARIO SAXONICO GRA-
VISSIMO, CURIÆ PROVINCIALIS, SCABINATUS ATQUE FACUL-
TATIS JURIDICÆ ADSESSORE SPECTATISSIMO,

DOMINO MEO, ATQUE PRÆCEPTORE SUMMO REVERENTIÆ AC HO-
NORIS CULTU ET ATTEM MACTANDO,
Publico Examine atque Censura expositum.

JOANNE B J E D E R M A N N / V R A T I S L A V
A U T O R E .

IN AUDITORIO ICTORUM
AD D. SEPT. CLIO c LIV.

JENÆ, PRÆLÒ NISIANÒ.

